



ANTONII SCHULTINGII

NOTAE

AD

DIGESTA SEU PANDECTAS.

ANTONII SCHULTINGII

QUONDAM IN ACADEMIA LUGDUNO-
BATAVA JURIS ANTECESSORIS
CELEBERRIMI,

NOTAE

AD

DIGESTA SEU PANDECTAS.

Edidit atque animadversiones suas adjecit

NICOLAUS SMALLENBURG,

IN EADEM ACADEMIA JUR. PROF. ORD.

TOMUS TERTIUS.

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD S. ET J. LUCHTMANS,
ACADEMIAE TYPOGRAPHOS,
MDCCCXX.

Quae hujus Voluminis editionem tardarunt, multa fuere ac varia: sed quae singula enarrare, perquam mihi foret molestum, nec aliis quidquam proficeret. Quodsi meum solius commodum spectassem, facile a toto opere destitissem. Verum non nobis solis vivimus, et interesse Jurisprudentiae, hos erudítionis Schultingianae. thesauros *omnibus patere, plures me monuerunt Viri Docti, et ipse quoque mihi persuasum habeo. Quidquid sit, quum ad has exercitationes, paululum intermissas, me nunc retulerim, eas, quantum per tempus et vires licuerit, diligenter persequar. Vale, quicunque hoc studiorum genus ames, ac fave.*

Scrib. Lugd. Batav. Kal. Jul. MDCCCXX.

DIGESTORUM
SEU
PANDECTARUM
PARS TERTIA.
LIBER DUODECIMUS.
TITULUS PRIMUS.
DE REBUS CREDITIS, SI CERTUM PETETUR, ET DE CONDICTIONE.

Ad rubricam vid. Cujac. *Tractat.* II. *ad African. in expl. L.* 23. *h. t.* et *in Parat. ad h. t. Pand.* et *Cod.* (1) Merillius, *Obſ.* III. 31. primam partem accipit generaliter, ſecundam de caſu, quo petitur certum; tertiam de condictione in genere. Oſ. Aurel. *Dispunct. Cap.* 15. [in Theſ. Otton. *Tom.* III. *p.* 780.] cenſet, duas proponi condictiones, unam ſpecialem de pecunia numerata, in verbis: *ſi certum petetur*, alteram generalem de omni re et cauſſa, in verbis: *et de condictione.*

Si certum petetur.] Scil. dari (2). Cicero, *Pro Roſc. Com. Cap.* 5. ex tribus tantum cauſſis id admittit, nempe *numeratione*, *expenſilatione*, et *ſtipulatione.* Vid. *ibid.* Menard. — Verbis *ſi certum petatur* actionem ipſam non denotari, etſi id improprie fiat *L.* 1. *pr. de condict. triticar.* putat Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 83. *Error.* 4. *in fin.* (3).

Et de condictione.] Sic Flor., etiam in Indice Titulo-

rum,

rum, et in Basilic. [*Tom.* III. *p.* 219.] In Edicto non fuisse, concedo; sed non expungo, ut vult Noodt. *ad h. t. Pand.* in *pr.*

Multae Leges, ad alios Titulos pertinentes, sub hoc Titulo collocatae sunt, ut notat Cujac. *ad African. loc. supra cit.* ut *L.* 4. 14. 21. 22. 23. 25. 28.

(1) Et in *Comm. ad L.* 1. *h. t.* Alias etiam aliorum Interpretum de intellectu hujus inscriptionis sententias recenset Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. hoc tit.* §. 776. add. Vigl. Zuichem. *Prael. in Tit. Pand. de reb. cred.* et Maran. *in Parat. ad h. t. Pand.* et *ad Tit. de condict. triticar.* quocum fortasse non male dixeris, priorem partem inscriptionis esse generalem totius partis tertiae, posteriorem vero: *si certum petetur, et de condictione,* esse peculiarem hujus Tituli, in quo de contractu mutui agitur, et de actione inde oriunda. Apud Hal. rubrum ita se habere: *de rebus creditis Liber primus. Si certum petatur condictione. Tit.* 1. notat Gebauer. *h.*

Singulas hujus Tituli Leges exposuit Guil. Barclajus, in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 805. *seqq.* Priores XXII. Cujacius, *Oper. Postum. Tom.* IV. *Part. prior. p.* 654. *seqq.* Priores XXXI. Merillius, in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 655. *seqq.* Priores IV. item *L.* 15. *et* 17. Vigl. Zuichem. *loc. modo cit.*

(2) Vid. Cujac. *in Parat. ad Tit. Cod. si cert. petat.*

(3) Add. Maran. *in Parat. ad Tit. Pand. de condict. triticar.*

L. I.

Ideo sub hoc Titulo Praetor et de commodato, et de pignore (1) *edixit.*] Turbat Salmas. *de usur. Cap.* 4. *p.* 66. (2).

Nam cuicunque rei adsentiamur alienam fidem secuti (3), *mox recepturi quid ex hoc contractu*, credere *dicimur.*] Quod differre ab *in creditum ire*, vult Des. Herald. *Obs. Cap.* 15., [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1327.] et interdum distingui, non nego.

(1)

(1) Id est, de actione commodati, et de actione pigneratitia. Noodt. in Comm. ad h. t. Pand. in pr. Verba initialia e re est in edit. Vulg. mutari in bene est, ob non intellectam phrasin Latinissimam, notat Brencm. h. Idem vitium in Vulg. exstat quoque in L. 18. §. 2. de constit. pecun. add. Ant. Augustin. Emendat. III. 3. in Thes. Otton. Tom. IV. p. 1503. seq. Alias lectiones refert Vigl. Zuichem. ad h. l. Etiam Edictum Perpetuum in Titulos distinctum fuisse, ex hac Lege, aliisque locis, probat Schulting. in Prolegom. Enarr. Pand. praemiss. num. 6. add. Trotz. ad Hugon. de Prim. scrib. orig. p. 412. seq. et de Memor. Propag. I. 3. p. 178. et Walch. ad Eckhard. Herm. Jur. I. 5. §. 165. p. 323. seq.

(2) Sed vid. adnotationem Schultingii ad seq. L. 2. §. 1.

(3) Verba haec explicat Maran. in Parat. ad h. t. Pand. in fin.

L. II. (1).

(1) Pro veluti ut pro tritico etc. Hal. habere: veluti, si pro tritico etc. notat Geb. h. Late de hac Lege egit quoque Cujac. ad Lib. XXVIII. Paul. ad Edict. Praecipua de mutuo scripta recenset Gluck. loc. modo cit. §. 777. not. 11. p. 464.

§. 1.

Quae pondere, numero, mensura consistunt (1):] Add. Fabrot. *ad Cujac. Parat. ad tit. Cod. si cert. petat.* vs. *non corpore.*

Quoniam eorum (2) *datione possumus* in creditum ire;] Id est, *credere*. Salmas. *de usur. Cap.* 4. *p.* 67. ubi nimis laborat in re facili, et de verbo *credere*, quod late sumitur in *L.* 1. *h. t.* hic vero stricte (3), ut et in aliis fit. Idem, *ibid. p.* 77. putat, a Triboniano esse passim *in creditum ire* pro *credere*. (4)

Quia in genere suo functionem recipiunt per solutionem, quam specie.] Pro *quia* Bynkersh. *Obs.* I. 10. reponit *quae*, quod arridet (4). Plura *ibid.* de hoc loco. *Functio-*

 nem,

-nem, id est, *permutationem*. *L.* 51. *de Legat.* 1°. (5). *Suffectionem* legit Salmaf. *de Mutuo*, *p.* 116. *de usur. p.* 10. *et* 218. *ad Jus Attic. et Rom. p.* 183. *et* 189. male (6). Bynkersh. *d. loc. quae in genere suo solutionem recipiant per functionem, quam specie.* quod non placet: fane, demum per folutionem funguntur vice datorum. *Aequam specie* legit Jac. Gothofred. *Diatrib. de Function. et aequal. in mutuo* [in ej. *Oper. Minor. p.* 515.] add. Salmaf. *de Mod. usur. Cap.* 3. *p.* 92. (7). D. Goth. *in not.* „ Al. *magis quam*, etc." add. Fabrot. *ad Cujac. Parat. ad tit. Cod. si cert. petat.* vſ. *non corpore* (8). Ita *species* apud Paul. *in Sent.* II. 5. §. 3. et dicuntur *communi specie contineri* in *L.* 29. *de solution.*

Quia aliud pro alio invito creditori solvi non potest.] Senec. *de Benefic.* V. 14. *Quo genere obligatus es, hoc fidem exsolve.* Nimis generaliter Idem, *ibid.* VI. 5. *Reddere enim est rem pro re dare. Quidni? cum omnis solutio non idem reddat, sed tantundem.* add. et Quinctil. *Declam.* 332. — Quod in corporibus fieret; hic vero est idem, cum tantum confideretur quantitas. Vid. Jan. a Costa, *ad pr. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.* — Exceptio est in *Nov.* 4. *Cap.* 3. ubi vid. Cujac.

(1) Hafı *constant.* Aliud esfe pondus, numerum, menfuram habere, aliud ex pondere, numero, menfura confiftere, recte notat Th. L. Prins, *Diss. de iis quae sunt singul. in mutuo, Cap.* 1. §. 3. Lugd. Batav. 1785. quod, dubito, an quidem fatis bene animadverterit Gluck. *d. loc.* §. 778. *p.* 473.

(2) Al. *earum*, Sed vid. Bynkersh. *loc. cit.* et Marckart. *Interpr. rec. lection. Jur. Civ.* I. 20. §. 4. *p.* 135.

(3) Add. Gluck. *d. loc.* §. 777. *not.* 20. *p.* 468. qui etiam alios citat.

(4) Add. P. J. de Fremery, *Diss. de Ration. Vett. JCtor. Cap.* 3. §. 3. *p.* 80.

(5) Sic etiam Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 35. §. 2. add. Charond. *Verisim.* III. 13. in Thef. Otton. *Tom.* I. *p.* 793. Curtium, Εἰκαστῶν, III. 30. in eod.

eod. Thes. *Tom.* V. *p.* 220. Gluck. *loc. modo cit.* §. 778. *not.* 30. *p.* 474. Aliter Nerius, *Analector.* II. 20. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 433. Idsing. *Diss. de Mutuo et vet. literar. obligat. Cap.* 3. §. 12. in *Nov. Thes. Diss. Jurid.* G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 132. *seq.* Th. L. Prins, *loc. modo cit.* *Prolusionem, qua res, quae functionem recipiunt, definiuntur,* conscripsit Schott. in ej. *Opusc. Jurid. p.* 212. *seqq.*

(6) Vid. Fabrot. *Replic. adv. Salmas. refutat. de mutuo*, in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1295. *seq.* et Prins, *d. loc.*

(7) Varias MSS. lectiones recenset Brencm. *h. Per solutionem magis, quam per speciem,* edidit Alciat. *Paradox.* II. 20. Vonck. *Obs. p.* 122. legit: *nunquam specie,* quem refutavit Puttman. *Probabil.* I. 12. *num.* 7. *p.* 96. *seq.* Idsing. *loc. modo cit. quia,* vel *quae, in genere suo functionem recipiunt, per solutionem, quam species.*

(8) Subintelligendum *magis*, vel *potius*, dicit quoque Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 35. §. 2. add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Est autem mutuum etc.* Pothier. *in not. ad h. l.* Puttman. *loc. modo laud.* Prins, *d. Diss. Cap.* 1. §. 3. eamque particulam ante *quam* saepius omitti, docent, quos citat Gluck. *d. loc.* §. 777. *not.* 21. add. notata superius ad *L.* 27. §. 1. *de pact.* et *L.* 2. §. 6. *de judic.* Aliter Lyclam. *Membran.* VII. 14. de quo vid. Idsing. *d. loc.* §. 10. *p.* 131. — Ad seq. §. 2. vid. Gluck. *d. loc.* §. 777. *not.* 14. *p.* 466. *seq.* qui etiam alios laudat. add. Scip. Gentil. *Origin. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV, *p.* 1383. et Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 35. §. 1. Ex hoc autem §., aliisque locis, apertum est, in mutuo fieri alienationem. Quod quum negasset Salmasius, plura adversus eum scripta prodiere. Historiam Literariam narrat Ampl. Meerman. *in Praef. Tom.* III. *Thes. Jur.* In quo *Tom.* III. exstat Tractatus Polycarpi Singeberi, qui fortasse doctius, quam quisquam alius, Salmasium refutavit. add. Schulting. *ad Caj. Inst.* II. 9. §. 2. *not.* 12. in *Jurispr. antejustin. p.* 147. et *Thes. Controv. Dec.* 35. §. 8. Idsing. *laud. Diss. Cap.* 4. *p.* 140. *seqq.* Th. L.

Prins,

Prius, *laud. Diss.* *Cap.* 3. *p.* 31. *seqq.* Gluck. *d. loc.* §. 780. *p.* 26. *seqq.*

§. 3.

Creditum ergo a mutuo differt (1) etc.] Haec prioribus non cohaesisse, putat Salmas. *de Usur. Cap.* 4. *p.* 75. *seq.* sine caussa.

Nisi proficiscatur *pecunia:*] Vid. de hac locutione Scip. Gentil. *Parerg.* I. 20. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1293.] (2).

Veluti si post nuptias dos promittatur.] D. Goth. *in not.* „ Paulus scripserat *dicatur*. Cujac. etc." Probante Merillio, *ad h. l.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 658. *seq.*] (3).

(1) Differentias inter *creditum* et *mutuum* recenset Gluck. *d. loc.* §. 777. *p.* 467. *seqq.* Sequitur: *nam creditum consistit extra eas res*, etc. Hal. inserit *etiam*. Subintelligit Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 22. §. 25. *not.* 67. in *Jurispr. antejustin. p.* 642. et Pothier, *in not. ad h. l.* citatus a Gluck. *d. loc.* §. 776. *not.* 1. *p.* 462. *Consistit et extra* etc. ope geminationis, legit G. C. Rucker. *Diss. de L.* 6. §. 1. *quemadm. servit. amitt. etc. Cap.* 1. *Sect.* 3. in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 290. et H. J. Arntzen. *Spec. Obs. Cap.* 6. *p.* 33. post Sedulii *carmen Paschale.*

(2) Add. Eckhard. *Herm. Jur. Lib.* I. §. 101. aliosque, citatos a Gluck. *d. loc.* §. 777. *not.* 23. *p.* 470.

(3) Item Wissenbach. *de Emblem. Tribon. Cap* 3. *p.* 34. et Pothier. *in not. ad h. l.* Dissentit Wybo, *in Tribon. defens. Cap.* 5. *p.* 266. *seq.* Vid. et Bynkersh. *Obs.* VIII. 25. § 4.

§. 4.

Id (1) *enim tale est, quale si voluntate mea tu des pecuniam:* etc.] Vid. *L.* 35. *de solution.*

(1)

(1) Praecedit: *nec obest, quod filiusfam. et servus, dantes peculiares nummos, obligant.* Scil. alios. Vid. Noodt. *de Pact. et Transact. Cap.* 20. Divisionem mutui in *naturale, civile*, et *naturale et civile simul*, cujus etiam hic mentionem facit D. Goth. *in not.* nec jure civili probari, nec ullum habere usum, docet Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 36. §. 1.

§. 5.

Veluti stipulatione.] Vid. *L.* 7. *de novation.* et Fabrott. *ad Cujac. Parat. ad tit. Cod. si cert. petat.*

L. III.

Veluti vinum novum pro vetere.] D. Goth. *in not.* *Decipitur itaque hac Lege Bartolus* etc. Imo in hoc casu non decipitur Bartolus cum Gloss., ut notat Bachov. *ad Treutler. Vol.* I. *Disp.* 20. *Thes.* 11, *Lit. b. p.* 770. (1).

Id autem agi intelligitur (2), *ut ejusdem generis* etc.] Aliud in *stipulatione*, in qua nil tale posset subintelligi. Vid. *L.* 99. *pr. de V. O.* et D'Avezan. *de Contractib. Lib. Prior. Cap.* 17. *et* 21. [in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 39. *et* 44.]

(1) Egit de hoc loco etiam Tussan. de La Rue, *Amoen. Jur. Obs. Cap.* 6 in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1496. *seq.* et Idsing. *Diss. supra laud. Cap.* 3. §. 15. *p.* 135.

(2) Flor. *intellegitur.* Vid. notata superius ad *L.* 15. §. 1. *qui satisd. cog.* et ad *L.* 8. *pr. ad L. Aquil.* Quid autem juris sit, si pecunia mutua data est, et moneta interim mutata, variant Interpp. Vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 36. §. 9. *seq.* add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 10. *seqq.* et Gluck. *d. loc.* §. 783. *p.* 67. *seqq.* qui etiam alios laudat.

L. IV.

Nec propositum] Id est, *publice proscriptum*, Caes.

Costa, *Var. ambig. jur.* III. 15. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1255.] ridicule.

Hoc depositum periculo est ejus, qui suscepit.] Vid. Lopez. *Animadv. Jur. Civ. Cap.* 12. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 456. *seq.*] Facit huc *L.* 11. *h. t.* et *L.* 34. *mandat.* (1). Rationem hanc dant Schol. Basilic. *Tom.* III. *p.* 241. Τοῦτο δὲ ὡς δάνειον κινδύνῳ τοῦ λαβόντος ἐστὶ, κἂν μὴ ἀμελήσῃ περὶ αὐτὸ· ἐπειδὴ σκοπὸν οὐκ εἶχες, οὔτε παραθέσθαι μοι, οὔτε δανεῖσαι, μᾶλλον δὲ διὰ τῆς ἐμῆς βίας ἠναγκάσθης τὰ νομίσματα παραθέσθαί μοι. D'Avezan. *de Contractib. Lib. Prior. Cap.* 27. [in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 57.] hoc ait fieri, quia depositum initum est mutui futuri caussa.

Nam et qui rem vendendam acceperit, etc.] Vid. *L.* 17. §. 1. *de praescript. verb.* add. Leonin. *Cons.* 75. *num.* 3.

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 35. §. 5. et *Dec.* 59. §. 9. et Gluck. *loc. laud.* §. 780. *not.* 72. *p.* 27. *seq.* et *tit. deposit. vel contr.* §. 942. *p.* 179. *seq.* ubi etiam alios laudat.

§. 1.

Et fructus ex injusta *caussa percepti* etc.] D. Goth. *in not.* ;, *Justa.* Hal. et male." (1) add. *L.* 6. *de condict. ob turp. causs.*

Ita demum, si non ex voluntate domini percepti sunt:] Id est, eo invito. Conf. *L.* 13. §. *ult. locat. conduct.*

(1) Vid. Ant. Augustin. *Emendat.* IV. 17. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1555. et Jauch. *de Negation. Pand.* *p.* 93.

§. 2.

Ea, quae vi fluminum importata sunt, etc.] Ut in

L. 5. §. 4. *ad exhib.* Tricatur in hoc §. Huber. *in Prael. ad Tit. Instit. de rer. division.* §. 34.

L. V.

Pomponius Lib. XXII. *ad Sabinum.*] Junge *L. pen. de condict. causs. dat. causs. non sec.* (1).

(1) Add. Merill. *in Comm. ad h. l.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 662. — Ad seq. *L.* 6. vid. et Cujac. *ad Lib.* XXVIII. *Paul. ad Edict.* et Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Nunc disputabo* etc. *Quatenus* hic dici pro *quia*, post Cujacium, observavit quoque Pothier. *in not. ad h. l.* add. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* IV. 28. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 252. et Oudendorp. *ad Sueton. in Claud. cap.* 26. *p.* 610. *not.* 1.

L. VII.

Ulpianus Lib. XXVI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 48. *de verb. oblig.* (1).

Omnia, quae inseri stipulationibus possunt, etc.] Quatenus interest paciscentis ob rem debitam. Noodt. *de Pact. et Transact. Cap.* 12. *in fin.*

Et ideo et conditiones.] Add. *L. seq.*

(1) Vid. Merill. *Obs.* VI. 30. et *in Comm. ad h. l.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 664.

L. VIII.

Aut adpositum.] Vid. D. Goth. *in not. Adquisitum* in Cod. Flor. (1). Cujac. *Obs.* II. 7. [et *in Comm. ad h. l.*] et sic MS. Charond. (2).

(1) Brencm. *h.* notat, Flor. initio fuisse videri *admositum*, post medium pedem τοῦ *m* versus inferiora esse productum, quasi *adquisitum* voluisset corrector; sed locum extritum et perrosum esse, ut bona oculorum acie opus sit. Addit, e novem Codicibus, quos

contulit, sex exhibere *adpositum*, septimum habere *apositum*, et superscriptum *ab herede, cui legatur*, unum *depositum*, et unum *oppositum*.

(2) *Adpositum*, an *adquisitum* legendum sit, variant Interpp. Vid. quos citat Voorda, *Elector*, *Cap*. 23. quibus addi possint P. Faber, *Semestr*. III. 7. Hoffman. *Meletem. ad Pand*, *Diss*. XIII. §. 1. Jens. *Strictur. ad Pand*. *p*. 101. H. Kellinghusen. *Diss de LL. nonnullis Rom. Cap*. 5. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol*. II. *Tom*. II. *p*. 24. *seq*. qui omnes vulgatam lectionem *adpositum* tuentur. Kellinghusium citat quoque Pothier. *in not. ad h. l.* Sed Voorda, *d. loc.* ubi hanc Legem explicuit, *adpositum* nullum ait habere sensum, *adquisitum* vero aliquem, nec a ratione juris abhorrentem; magis tamen inclinare videtur, ut verba *aut adpositum* pro glossemate habenda sint.

L. IX.

Certi condictio competit ex omni caussa, etc.] Id non obtinuit Ciceronis tempore. Vid. Menard. *arg. Oration. Ciceron. pro Rosc. Com. Cap*. 5. Sed sensim inductum. Vid. Noodt. *in Comm. ad h. t. Pand*. Vs. *Deinde ait Praetor* etc. (1). Non vero est *generalis* vel *specialis*. Vid. Merill. *Var. ex Cujac*. I. 15. (2). Vid. et Bachov. *de Actionib. Disp*. IV. *Thes*. 10. Merend. *Controv. Jur*. XIII. 20. non semper probandus.

Sive ex certo *contractu petatur, sive ex* incerto.] *Nominatum* et *innominatum* intelligit Jan. a Costa, *ad pr. Inst. de action*. et sic Cujac. *ad L*. 74. *de V. O.* (3) qui citat *L*. 1. §. 6. *de pec. constit*. Vid. et D'Avezan. *de Contractib. Lib. Prior. Cap*. 9. [in Thes. Meerman. *Tom*. IV. *p*. 21. *seq*.] et Noodt. *de Pact. et Transaction. Cap*. 9.

(1) Conf. omnino J. da Costa, *Spec. Inaug. exhib. observata quaedam de Condictionibus. Lugd. Batav.* 1818.

(2) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 36. §. 4. et Maran. *in Parat. ad h. t. Pand.* Minus recte hanc divisionem admittit Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. 22. aliique.

(3) Utrumque citavit quoque Schulting. *loc. modo laud.* Pari modo Pothier. *in not. ad h. l.* add. Langebek. *Annotat. Cap.* 36. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 573. et de Retes, *Opusc.* II. 1. *Cap.* 9. §. 8. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 109. In verbis sequentibus; *vel sub conditionem*, literam *m* jam Flor. antiquitus deletam esse, et legendum *conditione*, notat Brencm. *h.* *Sub conditionem* tamen legitur quoque in *L.* 36. *h. t.* ad quam vid. notata.

§. 1.

Et ex Lege Aquilia,] Positis terminis habilibus. Fab. *de Errorib. Pragmat. Dec.* 84. *Error.* 2. Sed fluctuans, add. Bachov. *Adv. Fab. d. loc. et Error.* 3. (1).

(1) Vid. de hoc §. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Potest igitur* etc. In seqq. verbis: *veluti si is cui* fiduciaria *hereditas* etc. Hal. legit; *fideicommissaria.* Non opus. Vid. Alciat. *Parerg.* III. 26. et Brisson. *de V. S.* voc. *fiduciarius.*

§. 3.

Sive conjunctim,] Vid. *L.* 2. *in fin. h. t.* Ut cum post contractum mutuum fit stipulatio absque animo novandi. Schol. Basil. *Tom.* III. *p.* 252. (1).

(1) De voce *auctore* in seqq. §. 5. vid. Brencm. *ibid.*

§. 7.

Mox ab eo stipuler,] Id est, post interdictionem. (1). *Quoniam et stipulando sibi adquirit.*] Non vero se obligat.

(1) Add. Idsing. *laud. Diss. Cap.* 5. §. 11. *p.* 165.

§ 8.

§. 8.

Si nummos meos etc.] Vid. de hoc §. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Datur igitur* etc. (1).

Adquiri tibi condictionem] Quia per naturales actus, qualis est numeratio, alteri potest adquiri. add. *L.* 6. *de cond. indeb.* et fictione brevis manus nummi finguntur facti mei. Vid. Chesium, *Different. Cap.* 91. *num.* 4. [in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* II. *p.* 879. *seq.*] (2).

Ut nostro nomine creditor meus et *futuro* etc.] *Numeret* (3) in Corp. Glosf. recte. Faciunt huc Schol. Basil. *Tom.* III. *p.* 255. *Meus det*, Best. *de Ration. emend. leg. Cap.* 26. *num* 2. (4). *Incuset*, Nerius, *Analect.* I. 14. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 345.] inepte.

(1) Add. Th. L. Prins, *laud. Diss. de iis quae sunt sing. in mutuo*, *Cap.* 2. §. 12. et Gluck. *d. loc.* §. 779. *p.* 18. *seqq.* ubi et refutavit Em. Soarez. a Ribeira, *Obs. jur. Cap.* 13. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 572. *seq.*

(2) Sequitur: *nec dubitari, quin—tibi* adquiratur *obligatio.* Flor. legitur *adquiritur;* sed *adquiratur* Codices et Editiones omnes habere, notat Brencm. *h.* addit tamen Gebauer. Florentinam repraesentare S. Cruc. et Trevis. Pari modo scriptum quoque legitur in *L.* 72. *de adq. vel omitt. hered. nemo dubitat, quin substitutus — non solet.* et in *L.* 14. *pr. de Legat.* 3°. *Non dubium est, quin — cogenda est.*

(3) Sic legi in veteri Cod. jam adnotavit Taurell. Nec aliter habere octo Codices, notat Brencm. *h.* quibus addi potest Cod. Pand. Erlang. teste Gluckio, *d. loc.* *Numeret* edidit quoque Hal. et probat Noodt. *loc. cit.*

(4) Sic etiam legit Idsinga, *laud. Diss. de mutuo*, *Cap.* 5. §. 2. in Nov. Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 147. et probat Gluck. *d. loc.* qui etiam alios citavit. Auctor, *Obs. Jur. Civ. Cap.* 14. *p.* 87. conjicit *mutuet.* A. van Dorp, *Obs. Jur. Civ. Cap.* 1. *p.* 7. *seq. meus sit.* Pari modo Jo. Cannegiet. *Disq. de Notis*, *p.* 305. D. Goth. *in not.* verba *creditor*

meus et mutat in *credamus*, vel *credatur*. Bilderdyk. *Obs. et Emend. Cap.* 16. *p.* 122. in *creditum numeret*.

§. 9.

Animo enim coepit possidere;] Nec opus rei praesentia. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 75. *Error.* 7.

Ergo transit periculum etc.] Vid. Paul. *Lib.* II. *Sent.* in *Collat. LL. Mos. et Rom. tit.* 10. §. 7. (1).

(1) Ubi vid. H. Cannegiet. *in Comm. ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. et Rom. p.* 243. *seqq.* add. A. J. Cuper. *Obs. Select. de Natur. possession. Part.* II. §. 32. Gluck. *Ausf. erl. der Pand. Tit. depos. vel contr.* §. 940. *p.* 155. *seq.* Savigny, *das Recht des Besitzes* II. *Absch.* §. 19. *p.* 235.

L. X.

Quod si ab initio, etc.] Vid. Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 584. et Vinn. *de Pactis, Cap.* 10, *num.* 5. (1).

(1) Add. modo citatos ad §. *ult. L. praec.* Pro *debitum iri* Flor. est, ut alias, *debitu iri*. Vid. Brencm. *h.* Conf. notata superius ad *L.* 6. *pr. de usufr. ear. rerum* etc. Hal. edidit *in debitum iri*.

L. XI.

Rogasti me, ut tibi pecuniam crederem, etc.] *L.* 7. §. 1. *de donat. int. vir. et uxor.* Martial. *Lib.* IV. *Epigr.* 15. Sed illic alia species.

Si vendideris, puto mutuam pecuniam factam.] Sic *L.* 19. *pr. de praescript. verb.* (1).

Mihi videtur Nervae distinctio verissima,] Non recte improbata ab Autumno. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 467. *seq.*

Tibi eam periisse;] Vid. *L.* 4. *in fin. h. t.* (2).

(1)

(1) Vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 35. §. 4. In specie cujus Legis res vendenda data non erat vendita, aut vendita quidem, sed pecunia nondum accepta mutua. Vid. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 4. Gluck. *hoc tit.* §. 779. *p.* 6. *seq.* et T. J. A. Pagenstech. *Spec. de Viol. emend. in Jur. Civ. non admitt. Cap* 3. *p.* 101. Aliter, Grangian. *Paradox. Jur. Civ. Cap.* 4. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 619. Ulpianum in *d. l.* 19. sibi ipsi haud constitisse, putavit Eg. Baro. Vid. Idsing. *d. Diss. de mutuo*, in Nov. Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 150. Magis obstat *L.* 34. *pr. mand.* ad quam vid. notata.

(2) Et Schulting. *loc. modo cit.* §. 5.

§. 1.

Proculus ait, etc.] Cujus tempore, ut pacta à parte rei inessent stricti juris negotio, non videtur fuisse notum (1).

Amplius, quam decem, condici non posse.] Ratio in *L.* 17. *pr. de pact.* (2). *Actione praescriptis verbis* tamen peti posse, voluit Scholiastes quidam Basilic. [*Tom.* III. *p.* 261.] et Bynkersh. *Diss. de Pactis Jur. strict. contr. in contin. adject. Cap.* 5. [in ej. *Oper. Minor.*]

(1) Conf. Noodt. *de Pact. et Transact. Cap.* 12. et Idsing. *laud. Diss. Cap.* 3. §. 18. *p.* 139. add. notata inferius ad *L.* 40. *h. t.*

(2) Vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 35. §. 7.

§. 2.

Fugitivus autem, vel alius servus, contra voluntatem domini credendo, etc.] Secus in adquirendo. Bachov. *ad Treutl. Vol.* II. *Part.* II. *Disp.* 21. *Th.* 3. *Lit. c. p.* 297. (1).

Quodsi sine dolo malo consumsisti, condici tibi poterunt (2).] Quid sit *consumere*, vid. *L.* 3. §. 9. *de statu liber.* (3).

(1) (1)

(1) Branchu, *Obs. Dec. Alter. Cap.* 16. *p.* 117. jungi vult *L.* 15. *de adq. vel amitt. poss.* add. Idsing. *d. Diss. Cap.* 5. §. 12. *p.* 167.

(2) Flor. est *potero*, et *condici* subantique in *condicere* mutatum. Etiam Vulg. et Hal. habent *condicere tibi potero*. Vid. Brencm. *h.*

(3) Add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 35. §. 9. et Vinn. *ad* §. 2. *Inst. quib. alien. lic. vel non, num.* 2. Ceterum qualis condictio hic, aliisque similibus casibus, intelligenda sit, utrum scil. actio mutui, an condictio sine caussa, an alia, inter Interpp. non convenit. Late de hac quaestione egit Gluck. *d. loc.* §. 781. *p.* 38. *seqq.* citatis quoque diversarum sententiarum praecipuis auctoribus. *Condictionem sine caussa* intelligit Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Est autem mutuum* etc.

L. XII.

Pomponius Lib. VI. *ex Plautio.*] Junge *L.* 66. *de solution.*

Nam ex quibus caussis ignorantibus nobis actiones adquiruntur, etc.] Vid. *L.* 9. §. 8. *h. t.* (1).

(1) Add. de hac Lege Idsing. *d. Diss. de mutuo, Cap.* 5. §. 10. *p.* 163. *seq.* Pro *ex iisdem*, quod sequitur, Flor. est *ex hisdem*. Brencm. *h.* vult *isdem* pro *iisdem*, et sic quoque Hal. Vossium tamen observare, *hisdem* pro *his* vel *iisdem* in MSS. legi, notat Duk. *h.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

L. XIII.

Nam et si fur etc.] Frustra hanc Legem taxant Autumnus, et alii (1).

Sed consumtis eis, nascitur condictio.] Antea enim competit domino reivindicatio, vel ad exhibendum actio, si mala fide consumti sunt. *L.* 11. *in fin. h. t.* Jam vero nulla. Vid. Cujac. *Obs.* XIII. 28. Alia ratio in *L.* 19. §. 1. *h. t.* (2) *quod facto ejus intelligitur ad eum, qui* ac-

acceperit, pervenisse. Junct. *L.* 71. *pr. in fin.* *L.* 164. §. *ult. de V. S.* *L.* 2. §. 3. *de hered. vel act. vend.*

(1) Vid. Huber. *in Eun. Rom. p.* 468. *seq.*
(2) Conf. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 35. §. 9. add. notata superius ad *L.* 11. §. 2. *h. t. not.* 3.

§. 1.

Unde Papinianus Lib. VIII. *Quaest. ait*, etc.] Vid. *L.* 94. §. 1. *de solution.*

§. 2.

Lib. VIII. *Quaest. Papinianus scribit:*] Vid. *L.* 94. §. 1. *de solution.* et Os. Aurel. *Dispunct.* 16. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 731.] (1).

(1) Add. Labitt. *de Us. Indic. Cap.* 5. §. 5. in *Jurispr. restit.* *Wieling. p.* 86. Idsing. *d. Diss. de mutuo*, *Cap.* 5. §. 1. *p.* 146. et Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 5. §. 208. *p.* 384. Praecedit in Lege: *quinum competere actionem.* E quinque Codd. tres habere *in quinum:* in uno pro *quinum*, quod omissum erat, suppletum *in quinque:* et in uno ex *in quinum* factum *in quina*, notat Brencm. *h. In quinum* habet quoque Hal.

L. XIV.

Idem Lib. XXIX. *ad Edictum.*] Agens de SCto Macedoniano.

Si filiusfamilias etc.] Vid. Merill. *Obs.* I. 28. et Huber. *Eun. Rom. p.* 469. *seqq.* qui rem non adsequitur.

Patri nummos vindicanti nulla exceptio objicietur (1).] Sed quidem filio, etsi patri factus sit heres. *L.* 26. §. 9. *de condict. indeb.*

Sed si fuerint consumti a creditore nummi, Marcellus ait, cessare condictionem:] D. Goth. *in not.* *Julianus* rei-

revindicationem videtur concedere. L. 9. §. 1. *de SCto Macedon.* Imo *condictionem.* Vid. Cujac. *Obs.* XIV. 35. (2).

Si dominium ad accipientem transiisset;] Vid. ad *L.* 18. *h. t.*

(1) Flor. *obicietur.* Vid. notata superius ad *L.* 1. *de Senatorib.* et *ibid.* in *Addend. p.* 615.
(2) Add notata inferius ad *d. L.* 9. §. 1. Quae Merillius, *loc. cit.* de nota Ulpiani in Marcellum disputavit, hujusmodi esse, ut vix intelligas, quid sibi velit, observat M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell. Sect.* II. *Cap.* 4. §. 5. *in fin.* in Nov. Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 102. *seq.*

L. XV.

Idem Lib. XXXI. *ad Edictum.*] Ubi egit de *mandato* (1).

Ut cum ex caussa mandati pecuniam mihi debeas, etc.] Quae a me tibi data est, ut aliquid mihi emeres, vel faceres. Aliud si nummi non fuerint dati. Ita Ranchin. *Var. Lection.* III. 9. [in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 960.] (2). Sed verba nimis generalia sunt, et hoc non potest dici *recipiendum*: nihil enim hic contra rationem juris. Quaedam alia ex *L.* 34. *mandat.* interponit Pratej. *Jurispr. Med.* III. *ult* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 574] perperam.

(1) Vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 35. §. 3. et Gluck. *hoc tit.* §. 779. *p* 17. Verbum *pecuniae* in hac Lege accipiendum esse sensu strictissimo pro *pecunia numerata*, monet Th. L. Prins, *d. Diss. de iis quae sunt singul. in mutuo*, *Cap.* 2. §. 4. *p.* 10.
(2) Qui ita conciliare conatur Ulpianum cum Africano in L 34. *mandat.* ad quam vid. notata.

L. XVI.

Si socius etc.] Omnium fortunarum. Merill. *Var. ex*

 Cu-

Cujac. I. 16. et *Obs.* VII. 21. Non opus. Vid. Os. Aurel. *Dispunct.* 16. [in Thes. Otton, *Tom.* III. *p.* 731.] (1).

Quia suae partis tantum alienationem (2) *habuit.*] Vid. tamen *L.* 13. *in fin. h. t.* et *L.* 67. §. 1. *pro socio* (3).

(1) Add. Idsing. *d. Diss. de mutuo*, *Cap.* 5. §. 1. *p.* 144. *seq.* et Gluck. *d. loc.* §. 781. *not.* 98. *p.* 35.
(2) Id est, *jus alienandi.* Marckart. *Interpr. rec. lection. Jur. Civ.* I. 7. §. 1. *p.* 46.
(3) Utramque hanc Legem illustrandam esse ex *L* 94. §. 1. *de solution.* monet Idsinga, *d. loc.* add. notata ad *d. L.* 13. §. 2.

L. XVII.

Ulpianus Lib. I. *Disputationum.*] Junge *L.* 13. *de oblig. et act.* (1).

Cum studiorum caussa Romae ageret,] Facit huc Senec. *Consol. ad Helv. Cap.* 6. (2).

(1) Add. Labitt. *de usu Indic. Pand.* §. 14. in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 42. *seq.*
(2) Add. Bynkersh. *Obs.* II. 9, ubi et de voce *viatico*, de qua vid. et Torrent. *ad Sueton. in Caesar. Cap.* 68. add. notata superius ad *L.* 18. §. 1. *de judic. Extraordinario judicio subveniendum*, id est, *utilem actionem* dandam. Cujac. *in Comm. ad h. l.* et Fabrot. *Replic. adv. Salmas. refutat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1263. *Actionem in factum*, Noodt. *in Comm. ad Tit. Pand. de judic.* Vs. *Vera haec sunt* etc.

L. XVIII.

Idem Lib. VII. *Disputationum.*] Junge *L.* 38. *de contrah. emt. L.* 13. *de donation.*

Si ego pecuniam etc.] Vid. Cujac. *ad Lib.* XIII. *Julian.*

lian. Digest. in expl. L. 36. de adq. rerum dom. Branchu, *Obs. Dec. Alter. Cap.* 19. *p.* 165. *seqq.*

Julianus scribit, donationem non esse.] Quod noluit accipiens.

Et puto,] Non enim est certum.

Nec mutuam esse: magisque nummos accipientis non fieri, etc.] Quod tamen Julianus videtur voluisse *L.* 36. *de adq. rer. dom.* (1) ad quam vide. Basilic. Schol. *Tom.* III. *p.* 275. multa habent, sed parum solida. (2). Nec placet Nerius, *Analect.* II. 5. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 396.] qui legit *esse magis, quam nummos* etc. Nec commentum Connani, *Comm. Jur. Civ.* III. 17. et Donelli, *Comm. Jur. Civ.* IV. 18. quos sequitur Vinnius, *Sel. Quaest.* II. 35. [et in *Comm. ad* §. 40. *Inst. de rer. divis. num.* 5.] qui ajunt, accipientis nummos fieri, sed non irrevocabiliter. Nec placet Lyclama, *Membran.* V. 16. Neque Huber. *Digression. Part.* II. *Lib.* II. *Cap.* 6. et *Eun. Rom. p.* 472. *seq.* (3) qui distinguit inter dissensum plenum et peremtorium, et levem. Averan. *Interpr. Jur.* I. 17. *num.* 9. *et* 10. Ulpianum intelligit de effectu obligationis ex mutuo. Sed obstat, praeter alia, id quod sequitur. Nec rem conficit Leonin. *Emendat.* III 4. si consideremus in *d. L.* 36. verba: *nam etsi pecuniam* etc. (4).

Quare, si eos consumserit, etc.] Bona fide (5).

Licet condictione teneatur,] Atqui si dominium ex donatione esset translatum, non daretur actio. *L.* 14. *h. t.* Huber. *Eun. Rom. d. loc.* putat, regulam illam non esse perpetuam. Forte dici posset, non debere considerari hunc actum ut donationem intuitu acceptantis: et *condictioni sine caussa* hic locum esse volunt aliqui: nam non est mutuum. Vid. Averan. *loc. modo cit.* (6).

Tamen doli exceptione uti poterit:] Facit huc *L.* 25. *de donation.* (7).

Quia secundum voluntatem dantis etc.] Quae hic spectanda. Senec. *de Benefic.* V. 19.

(1) Dissensum Vett. JCtorum hic agnoscit quoque Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 35. §. 6. item Wissenbach. *Diatrib. de mutuo, Thes.* 20. et *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 26. Noodt. *in Comm. ad h. t. Pand.* Vs. *Est autem mutuum* etc. in fin. et quos plures citat Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. tit. de Pactis,* §. 297. *not.* 2. *p.* 156.

(2) Sequitur tamen eos Jan. a Costa, *Prael. ad illustr. quosd. titt. locaque sel. Jur. Civ. p.* 93. et Idsinga, *d. Diss. de mutuo, Cap.* 5. §. 5. *p.* 154. *seqq.*

(3) Et in *Prael. ad tit. Pand. de adq. rer. dom.* §. 14, ad quem locum Thomasius, *in Schol.* observat, dissensum Ulpiani et Juliani mere subtilem esse: nihil enim interesse, utrum cum Juliano dicas, proprietatem transire, an vero cum Ulpiano, non transire, et dari condictionem, sed quae tamen doli exceptione elidi potest. Profecto nummis consumtis parum interest; sed magnum effectus discrimen superest, si nummi adhuc exstant: tunc enim secundum Ulpianum dans nummos *vindicare* poterit, non vero secundum Julianum.

(4) Alii etiam aliter. Vid. P. Dorville, *Diss. ad L.* 36. *de adq. rer. dom. et L.* 18. *de reb. cred.* in Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 293. *seqq.* Kellinghusen, *Diss. de Legib nonnullis Roman. Cap.* 16. in Nov. Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 44. *seqq.* T. J. A. Pagenstecher. *Spec. de Viol. emend. in Jure Civ. non admitt. p.* 121. *seq.* Regius, *Enantioφ. Jur. Civ.* II. 20. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1508. in *d. l.* 36. *pecuniam creditam* accipit pro *debita.* Pari modo Alciat. *Parerg.* V. 15. Sed vid. Reitz. *de Ambig. med. et contrar.* voc. *creditum.* Alios etiam citat Gluck. *loc. modo cit. p.* 155. *seq.* quibus addendus Bilderdyk. *Obs. et Emend. Cap.* 7. *p.* 59. *seqq.*

(5) Vid. Fabrot. *Replicat. adv. Salmas. refutat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1293.

(6) Et notata superius ad *L.* 11. §. 2. *h. t. not.* 3.

(7) Hanc doli exceptionem accipienti quoque competere adversus vindicantem, si nummi adhuc exstant, putat

tat Jo. Fern. de Retes, *Opusc.* I. 24. *num.* 16. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 87. probante Gluck. *loc. modo cit. not.* 1. *p.* 154. Negat Coccej. *in Jure Controv. ad h. t. Quaest.* 6.

§. 1.

Sed in utroque casu, consumtis *nummis*, etc.] Non ante, ob *L.* 55. *de oblig. et act.* (1). *Condictionem sine caussa* intelligit Vinn. *Sel. Quaest.* II. 35.

(1) Praecedit in Lege; *ostendendi gratia.* Hal. *ostentandi.* Sed *ostendendi* rectum. Vid. notam Duker. *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb et Spang. Verba haec saepius permutari, docet Idem, *ad Flor.* III. 5. 4. *p.* 521. Facit huc *L.* 3. §. 6. *commodat. vel contra.*

L. XIX.

Non omnis numeratio eum, qui accepit, obligat,] Statim. add. *seqq.*

Et cum pecunia daretur, etc. *cessabit obligatio:*] Nisi poeniteat me. *L.* 3. §. 3. *de condict. caus. dat. caus. non sec.*

Post Kalendas ita demum agere potero, si manumissus non fuerit.] Nec locus Constitutioni in *L.* 20. *de manumiss.* quia hic est locus revocationi, cum sit locus poenitentiae, ut *L.* 7. §. 8. *de donat. int. vir. et uxor.* Vid. Merill. *ad h. l.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 674. *seq.*] (1).

(1) Add. Idem, *Obs.* I. 29. et Cujac. *ad Lib.* X. *Julian. Digest. in expl. h. l.*

§. 1.

Non alia ratione, quam quod facto ejus etc.] Non igitur dantis animus spectatur. add. *L.* 12. *h. t.* et Branchu, *Obs. Dec. Alter. Cap.* 19. *p.* 170. (1).

(1) Praecedit: *consumta pecunia* etc. Scil. bona fide. Vid. Fabrot. *Replic. adv. Salmas. refutat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1292. *seq.* add. notata superius ad *L.* 11. §. 2. *h. t.*

L. XX.

Sed haec intelligenda (1) *sunt propter subtilitatem verborum: benignius tamen est, utrumque valere.*] Triboniano, vel imperito Interpreti adscribit haec Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* et censet revera esse pugnam inter hanc Legem, et *L.* 33. §. 1. *de donation.* et *L.* 67. *de solution.* (2). De Triboniano concedit Huber. *Eun. Rom.* *p.* 474. ad conciliandos hos textus id factum putans. Sententiam Juliani deinceps probasse Hermogenianum in *d. L.* 33. §. 1. adversus Ulpianum in *L.* 55. *de solution.* ait Merill. *ad h. l.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 676.]

(1) Flor. *intellegenda.* Vid. notata superius ad *L.* 3. *h. t.*
(2) Sed vid. Cujac. *ad Lib.* XVIII. *Julian. Digestor. in expl. h. l.* et Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 35. §. *ult.* add. Idsing. *d. Diss. de mutuo, Cap.* 5. §. 6 *p.* 156. *seq.* Finestr. et de Monzalv. *in Hermogen. Jur. Epitom. Libb. Tom.* II. *p.* 910. *seqq.* Gluck. *hoc tit.* §. 781. *p.* 43. *seqq.*

L. XXI.

Idem Lib. XLVIII. *Digestorum.*] Junge *L.* 8. *si pars hered. pet.* (1) — Magis haec Lex ad Tit. *de solutionibus* pertinet. Vid. de ea Huber. *Eun. Rom. p.* 475.

Neque eum, qui decem peteret, cogendum etc.] Hic jam est praeparatio judicii. Aliud *L.* 41. §. 1. *de usur.* Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. quib. mod. oblig. tollit.*

Sed in utraque caussa humanius facturus videtur Praetor, etc.] Non idem in Judice Pedaneo. Jan. a Costa, *d. loc.* (2).

Si

Si actorem compulerit etc.] Conf. *L. ult. quib. mod. pign. vel hyp. solv.*

Cum ad officium ejus pertineat, lites diminuere.] Ergo intelligitur altera pars esse illiquida: alioquin enim lis non superesset (3).

(1) Ad quam vid. notata. add. Labitt. *de Us. Indic. Cap.* 3. §. *ult.* in *Jurispr. restit. Wieling. p.* 71.
(2) Add. Ant. Guib. Costan. *Quaest. Jur. Memorab. Cap.* 9. §. 5. *seq.* in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 403.
(3) Add. Cujac. *ad Lib.* XI. VIII. *Julian. Digestor. in expl. h. l.* et Pothier. *in Pand. Justin. Tit. de solution. num.* 61.

L. XXII.

Vinum, quod etc.] Magis haec Lex pertinet ad tit. *de condictione triticaria.* Vid. Merill. *Var. ex Cujac.* I. 17. (1). Non vero admittendum, ut et *condictione certi*, et *condictione triticaria* in specie hujus Legis simul agi potuisset, ut vult Os. Aurel. *Dispunct.* 17. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 733. *seq.*]

(*Si non, quanti tunc*) (2) *cum petitum esset.*] Facit huc *L.* 2. *de usur.* (3).

Si dictum non esset, quanti ubi esset petitum.] Conf. *L. ult. de cond. triticar.* (4). Vid. et Os. Aurel. *Dispunct.* 22. [in Thes. Otton. *d. loc. p.* 748. *seqq.*] quem non ubivis probo.

(1) Et Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 37. §. 2. ubi tamen addit, non prorsus male Legem hanc sub hoc titulo esse positam.
(2) Vid. de his verbis, quae in ipso Cod. Flor. non exstant, Brencman. *h.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. qui legendum conjicit: *Sabinus respondit, si dictum (non) esset, quo tempore redderetur, quanti tunc fuisset, cum petitum esset.* Hal. habet, ut Taurell. Vulg. editt. *si non quanti tunc fuisset.* Cod. Pand. Erlang. *si non quanti tunc esset,* teste Gluckio, *d.*

 loc.

loc. §. 783. *not.* 20.) *p.* 91. *seq.* qui non male observat, etiam Basil. *Tom.* III. *p.* 226. hoc supplementum probabile reddere. Idem, *ibid. Tit. de condict. triticar.* §. 844. *p.* 271. *seqq.* late tractavit quaestionem, cujus temporis aestimatio solvenda sit, si ipsa res praestari nequeat: addita longa serie Interpretum, qui de hac quaestione egerunt. Vid. et Pancirol. *Thes. Var. Lection.* II. 30. in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* II. *p.* 1149. *seq.* Wissenbach. *Disp. ad h. t. Pand.* §. 10. *seqq.* Van Eck, *Diss. de septem damnatis Legibus Pand. Cap.* 1. in Supplem. Thes. Meerman. *p.* 573. *seq.*

(3) Add. Schulting. *d. Dec.* 37. §. 6.

(4) Add. Schulting. *d.* §. 6. et Gluck. *d.* §. 844. *p.* 297. *seq.*

L. XXIII.

Mortuo eo, posse te mihi pretium condicere,] An non et agere actione *negotiorum gestorum* ex *L. ult. de neg. gest. L.* 3. *Cod. de reivind.?* Negat Cujac. *Tractat.* II. *ad African. in expl. h. l.* Facit huc *L.* 6. *de cond. ob turp. causs.* et *L.* 6. *de donat. int. vir. et uxor.* (1).

(1) Add. de hac Lege Gluck. *d. loc. tit. de condict. sine causs.* §. 836. *p.* 192. *seq.*

L. XXIV.

Si quis certum stipulatus fuerit, ex stipulatu actionem non habet: etc.] Vid. Vinn. *ad pr. Inst. de Verb. Oblig.* (1). Ait tamen actor, se *certam pecuniam ex stipulatu petere*, apud Quinctil. *Inst. Orator.* IV. 2. [*p.* 319. ed. Burm.] et actio ex stipulatu quoque datur *L.* 83. §. 6. *de V. O. L.* 7. *et* 14. *Cod. de pact. L.* 6. *Cod. de transact* Cujac. *ad pr. Inst. de verb. oblig.* Aliter Merend. *Controv. Jur.* XIII. 20. quem vide caute.

(1) Usui fori id tribuit Heinecc. *ibid. in Additam.*

L. XXV.

L. XXV.

Idem Lib. sing. de officio Consularium (1).] Spectat haec Lex magis ad Tractatum de *privilegiis creditorum*.

Privilegium exigendi habebit.] Ex D. Marci Constitutione vult Noodt. *ad Lib.* XX. *Pand. circa fin.* Vs. *Ab hoc* etc. (2). An non ex Edicto Praetoris? Facit huc *L.* 15. *de curator. furios.* Sed vid. *L.* 24. §. 1. *de reb. auct. Judic. possid.*

(1) Brencm. *h.* legere mavult *de Officio Consulum*, vel *Consulis*, et pro *Libro singulari* reponit *Libro tertio.* arg. *L.* 15. *de re judic.*

(2) Add. Westenberg. *in D. Marco, Diss.* XLI. §. 5. *p.* 358.

L. XXVII.

Idem Lib. X. *ad Edictum.*] Junge *L.* 7. *quod cujusq. univ. nom. L.* 4. *quod jussu. L.* 4. *de vi et vi arm. L.* 15. *et* 17. *de V. S.* (1) et vid. ad hanc Legem Huber. *Eun. Rom. p.* 476. *seq.* et in *Prael. ad h. t. Pand.* §. 8. *seqq.*

Civitas mutui datione obligari potest, etc.] Uti *L.* 2. §. 1. *ad SCtum Vellej.* (2).

Si ad utilitatem ejus pecuniae versae sunt:] Vid. Cujac. *Tract.* VIII. *ad African. in expl. L. ult. de exercit. act.* et *L.* 17. *de in rem verso* (3). Vel hoc administratoribus ab universitate mandatum. Sand. *Decis.* III. 2. *def.* 3. Carpzov. *Defin Forens. Part.* II. *Const.* 6. *def.* 18. Pinel. *ad L.* 2. *Cod de rescind. vend. Part.* II. *Cap.* 4. *num.* 68. Quid Juris hodie pro diverso regimine, Mev. *ad Jus Lubec. p.* 47. *num.* 68. *seqq.* et *Decis. Part.* III. *Dec.* 229. et *Part.* VIII. *Dec.* 162. et de successoribus, *ibid. Part.* III. *Dec.* 230.

Alioquin ipsi soli, qui contraxerunt, non civitas, tenebuntur.] Vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* II. *Const.* 6. *def.* 21. De Processu hoc, Mev. *Decis. Part.* V. *Dec.*

386. In eodem libello adv. civitatem, et administratores agi posse alternative, censent nonnulli. Vid. Carpzov. *d. loc. def.* 22. Vel utilius contra ipsos, qui acceperunt, quibus tunc incumbit probare, pecuniam in rem civitatis versam esse. Struv. *ad h. t. Thes.* 21. Ipsi non possunt excipere, eam non esse versam. Carpzov. *d. loc. def.* 23. — Quid de aliis contractibus, Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* I. *Cap.* 8. *num.* 9. Carpzov. *d. loc. def.* 20. Mev. *Decis. Part.* III. *Dec.* 304. De deposito, *ibid. Part.* V. *Dec.* 382. *seq.* et, an praesumatur contractus cum consensu popularis consilii a mag. initus, *ibid. Dec.* 384.

(1) Conf. Jac. Gothofred. *Animadv. Jur. Cap.* 9. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 290. et Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 2. §. 2. in *Jurispr. restit.* Wieling. *p.* 7. *seq.*
(2) Vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 56. §. 2. add. Jac. Gothofred. *loc. modo cit.* et Noodt. *Obs.* I. 18.
(3) Add. Schulting. *d. loc. Dec.* 36. §. 3. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 11. Gluck. *d. loc.* §. 782. *p.* 48. *seqq.* qui etiam alios citat.

L. XXVIII.

Creditor, qui etc.] Lex fugitiva.

In quam pignus non sufficit.] *L.* 8. *Cod. si cert. petat.* ad quam vid. Gothofred.

L. XXIX.

Paulus Lib. IV. ad Plautium.] Junge *L. ult. quod jussu.* et *L.* 14. *de instit. act.* Magis haec Lex pertinet ad tit. *de instit. actione.*

L. XXX.

Qui pecuniam creditam accepturus, spopondit etc.] Facit huc Senec. *de Benefic.* VI. 11. add. *L.* 6. *de SCto Macedon.* Huber. *Eun. Rom. p.* 478. *seq.* accipit de pecu-

cunia sine usuris promissa, et putat, si usurae stipulatio adjecta sit, dandam actionem stipulanti in id quod interest: quod mihi a Jure Rom. videtur alienum (1).

(1) Add. de hac Lege Jos. Fern. de Retes, *Opusc.* VIII. 16. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 403. et Jens. *Strict. ad Pand. p.* 102. *seq.*

L. XXXI.

Cum fundus etc.] Refer vel ad *L.* 65. §. 5. *de cond. indeb.* vel ad *L.* 6. *de cond. causs. dat. causs. non. sec.* vel ad *L.* 39. *de m. c. donat.* vel ad *L.* 91. *de V. O.* (1).

Ut post judicium acceptum etc.] Vid. *L.* 38. §. 7. *de usur.* (2).

(1) Conf. Merill. *Obs.* III. 32.

(2) Sequitur: *si litis contestandae tempore* etc. Vulg. *litis contestatae*. Sed Florentina non sollicitanda. Vid. notam Duk. *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. add. Chessum, *Different. Jur. Cap.* 50. *num.* 2. in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* II. *p.* 779.

§. 1.

Servum tuum imprudens etc.] Pertinet hic §. ad *condictionem indebiti*. Vid. Merill. *Obs.* III. 32. et *ad h. l.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 684.] (1).

Qui mihi traditus est:] A venditore.

Invicem me tecum acturum.] De peculio.

(1) Eandem speciem proponi a Juliano in *L.* 24. §. 1. *de action. emt. vend.* observat quoque Pothier. *in Pand. Justin. hoc tit. num.* 5. add. Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 5. §. 20. in *Jurispr. restit. Wieling. p.* 98. et Gluck. *tit. de action. emt. vend.* §. 1043. *p.* 237. *not.* 68.

L. XXXII.

L. XXXII.

Sed quia pecunia mea, quae ad te pervenit, eam mihi a te reddi bonum et aequum est.] Legendum *pecuniam meam*, vel delendum τὸ *quae*, censet Gronov. *ad Grot. de Jur. bell. ac Pac.* II. 10. §. 2. *num.* 2. (1).

(1) Τὸ *quae* omittit quoque Hal. et abest etiam a Cod. Pand. Erlang. teste Gluckio, *hoc tit. p.* 779. *not.* 61. qui eam lectionem praefert. Sed Florentinam defendit Marckart. *Prob. rec. lect. Jur. Civ. Part.* I. *p.* 77. *seq.* Quanti fecerint JCti Veterum auctoritatem, hanc quoque Legem exemplum praebere, notat Perrenon. *Animadv.* I. 21. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 619. Quaenam autem actio hic locum habeat, inter Interpp. non convenit. Westenberg. *de Causs. Oblig. Diss.* III. *Cap.* 2. *seqq.* putat *condictionem ex hac L.* 32. *Condictionem Juventianam* eam vocat Jo. Lud. Conradi, *de Juventiana condictione, quae est in L.* 32. *de reb. cred.* Marb. 1774. Alii etiam aliter. Vid. Gluck. *d. loc.* §. 779. *p.* 25. *seq.* et *tit. de cond. sine causs.* §. 836. *p.* 199. *not.* 41. add. de Retes, *Opusc.* II. 3. *Cap.* 6. §. 6. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 156. *seq.* Legem hanc auream, aureisque literis scribendam, dixerunt Veteres. Vid. Brunneman. *ad h. l.*

L. XXXIII.

Principalibus Constitutionibus cavetur, etc.] Hoc jam obtinuit Libera Republica. Vid. Cicer. *in Verrem*, III. 72. (1).

Quive circa eos sunt,] Vid. Corn. Nepos, *in Eumen. Cap.* 10. et Trebell. Poll. *in Gallien. Cap* 9. (2).

Negotientur, mutuamve pecuniam dent, foenusve exerceant.] Vid. *L. seq.* (3). Fabrot. *ad Cujac. Parat. ad tit. Cod. de usur.* Fachin. *Controv. Jur.* II. 78. *seq.* Huber. *Eun Rom. p.* 479. *seq.* putat, tantum prohiberi quotidianum hujus rei usum, non unum contractum: de

quo

quo dubito. Huc tamen tendit quoque Salmas. *de Usur. Cap.* 5. *p.* 103. *seq.*

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 36. §. 2. Idsing. *Varior. Cap.* 15. *p.* 129. et *laud. Diss. de mutuo, Cap.* 7. §. 2. *p.* 180.

(2) Schulting. *d. loc.* ait: *id est, adsessores, domestici, Consiliarii.* Recte JCtum *eos qui circa sunt*, distinguere ab *Officialibus*, observat quoque Duk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. citans Casaub. *ad Sueton. in Caesar. Cap.* 27. et *Gronov. ad Livium*, XXI. 49.

(3) Tribus his verbis *negotiari, pecuniam mutuam dare, foenus exercere*, eandem rem indicari, docet Ernesti, *de Negotiator. Rom.* in ej. *Opusc. Philol. et Critic. p.* 4. *seqq.* add. Idem, *ad Sueton. Exc.* 34.

L. XXXIV.

Quia (1) *perpetui sunt*,] Vid. *L.* 59. *Cod. Theod. de appellat.* (2).

Mutuam pecuniam dare et foenebrem exercere] Haec in L. praec. et hic non differre, sed esse ἓν διὰ δυοῖν, putat Salmas. *de Usur. Cap.* 5. *p.* 102. qui citat *L.* 3. *Cod. h. t.* (3).

(1) Hug. a Porta *qui.* Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 1. *in fin. not.* 13. Probante Averan. *Interpr. Jur.* III. 1. §. 10. et Prins, *laud. Diss. de iis quae sunt singul. in mutuo, Cap.* 4. §. 6.

(2) Add. Schulting. *loc. modo cit.* et Idsing. *Diss. de mutuo, loc. ad praec. L. cit.* §. 4. *p.* 182.

(3) Sed haec differre, ait Fabrot. *ad Cujac. Parat. loc. ad L. praec. cit.* quem sequitur Schulting. *in Thes. Controv. Dec.* 36. §. 2. Sed *ad Paul. Sent. loc. modo cit. not.* 14. Salmasii sententiam probat. add. Ernesti, *loc. ad L. praec cit.* Sequitur in §. 1. *Praeses Provinciae mutuam pecuniam foenebrem sumere non prohibetur.* Modo nihil ea occasione tentetur illiciti ex illis, quae prohibentur. *L.* 16. *Cod. h. t.* Ita Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 36. §. 2.

Pari

Pari modo Wissenbach. *loc. a Schulting. ibid. cit.* et Duaren. *ad tit. Cod. si certum petat. Cap.* 4. Sed huic *L.* 34. §. 1. derogari per *d. L.* 16. *Cod.* putat Merill. *Obs.* I. 30. quem sequitur Prins, *Diss. modo laud. Cap.* 4. et Gluck. *d. loc.* §. 782. *p.* 56. *seq.* Aliter Alciat. *Parerg.* I. 25. Salmas. *de Usur. Cap* 5. *p.* 105. *seq.* Idsing. *Varior. Cap.* 15. et *Diss. modo laud. Cap.* 7. §. 5. *seqq. p.* 183. *seqq.* Püttman. *ad Var. Jur. Cap. Cap.* 5. in ej. *Syllog. Opusc. p.* 127.

L. XXXV.

Modestinus Lib. III. *Responsorum.*] Junge *L.* 41. *de usur.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Libb. Modestin. Resp. in expl. h. l.*

L. XXXVI.

Cum, pendente conditione, in eo statu sit obligatio tua etc.] Vid. *L.* 14. *de novation.*

Tanquam sub *contrariam conditionem* (1) etc.] Al. *si sub.* (2).

Si pendente conditione petam, an nihil acturus sum (3)?] Facit huc *L. unic.* §. *ult. quand. dies ususfr. leg. ced.* Vid. Merill. *Obs.* III. 36.

Ante tempus petere videor.] An non *ante conditionem*? Sed haec et alibi confunduntur. Vid. Vinn. *ad* §. 33. *Inst. de action. num.* 1.

(1) Sic Flor. Malam è Graeco versionem dicit Jens. *Strictur. ad Pand. p.* 104. Sed vid. Hieron. van Alphen, *Diss. de Iavolen. Prisco, cap.* 3. §. 1. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* I. *p.* 34. *Sub conditionem* legitur quoque in *L.* 9. *pr. h. t.*
(2) Vid. Best. *de Ration. emend. Leges, Cap.* 1. *p.* 22.
(3) Hal. *sim.* Sed vid. notata superius ad *L.* 2. §. 2. et *L.* 52. §. 1. *ad L. Aquil.*

L. XXXVII.

L. XXXVII.

Centum millia dare spondes?] Vocem *millia* delet Leonin. *Emendat.* VI. 18. (1).

(1) Abesse hanc vocem ab omnibus MSS. et Editionibus, testatur Brencm. *h.* qui praeterea notat, Flor. proprie legi *mihia*, non *milia*, ut Taurell. edidit, et propterea nullus dubitat, quin legendum sit: *centum mihi dare spondes.* add. de hac et seq. *L.* 39. Cujac. *ad Lib.* I. *Papinian. Definition.*

L. XXXVIII.

Possit scire eam debitum iri (1).] Al. *sciri* (2). *Eam* delet Leonin. *Emendat.* VI. 18. (3). Sed quis scit, quid praecesserit.

(1) Flor. *debitu iri*, ut *L.* 10. *h. t.* ad quam vid. notata.
(2) Sic Hal. et Ant. Augustin. *Emendat.* II. 2. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1469.
(3) Et pro *respiciendum enim esse* legendum dicit *respiciendum enim est.* Brencm. *h.* etiam τὸ *enim* stellulis includi vult, quod sit a manu supplente. Explicuit hanc Legem Altamiran. *ad Lib.* I. *Scaevol. Quaestion.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 383. *seq.*

L. XL.

Paulus Lib. III. *Quaestionum* (1).] Junge *L.* 126. *de V. Oblig.* (2) Vid. Noodt. *de Pact. et Transact. Cap.* 12. et *de Foenore et Usur.* III. 4. add. Of. Aurel. *Dispunct.* 8. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 711. *seqq.*]

Lecta est in auditorio etc.] Δικαστήριον, Herodian. VII. 6. (3).

Aemilii (4) *Papiniani*,] Cujus adsessor fuit Paulus. Vid. Spartian. *in Pescenn. Nigro*, *Cap.* 7. (5).

Et haec quindecim proba recte (6) *dari Kalendis futuris* (7) *stipulatus est Publius Maevius*,] Moris erat stipu-

pulationem intervenire, cum non ab argentario, sed de domo numerarent. Vid. Cujac. *Obs.* XXII. 4. et Jan. a Costa, *ad tit. Inst. de liter. oblig.* (8). Facit huc Corn. Nepos, *in vita Attic. Cap.* 9. (9). Morem adjiciendi diem pecuniae creditae notat Senec. *de Benefic.* III. 10. et Gronov. *ad Eund. de Benefic.* IV. 12.

Si die suprascripta summa etc.] D. Goth. *in not. si ea die, Cujac.* (10) Quod malo, quam τὸ *suprascripta* geminare, in quod inclinat Bynkersh. [*loc. cit. Cap.* 6.] (11).

Quo *post solvam*,] *Quod*, Cujac. *ad h. l.* (12).

Poenae nomine,] Id est, usurarum nomine, Bynkersh. [*loc. cit. Cap.* 6. in fin.] Cur non pro poena ob moram? Conf. seqq.

In dies triginta (13),] D. Goth. *in not. Stipulari usuras in dies* 30. *veteribus mos interdum fuit.* add. Rittershus. *Sacrar. Lect.* VII. 19.

Inque denarios centenos, denarios singulos etc.] D. Goth. *in not. Usura haec centesima est, et legitima.* etc. Non jure novo. Vid. *L.* 26. *Cod. de usur.* Cum tamen id tantum incidenter hic dicatur, non erat, quod Tribonianus carperetur, ob relictum juris veteris vestigium, a Balduin. *in Justinian. Lib.* I. [in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* I. *p.* 1059.]

Conveniitque inter nos, etc.] Dum forte id urgerem, videns, non esse me parem expediendae tam brevi tempore totius summae (14).

Quia pacta in continenti facta stipulationi inesse creduntur, (15)] Ex parte rei, de quo hic tantum quaestio est: non idem in aliis stricti juris contractibus (16). Jan. a Costa, *ad pr. Inst. de verb. oblig.* add. Cujac. *Obs.* X. 24. et Vinn. *de Pactis*, *Cap.* 10. §. 10.

Igitur finito primo mense etc.] Decisionem hanc contra Hotoman. defendit Huber. *Eun. Rom. p.* 485. *seq.*

Et similiter post secundum et tertium tractum usuras non

non solutae pecuniae pensionis *crescere:*] *Pecuniae vel pensionis* legit Bynkersh. [*loc. cit. Cap.* 11.] Nihil opus (17).

Nec ante sortis non solutae usuras peti posse, quam ipsa sors peti potuerat.] Vid. *L.* 69. §. 2. et *L.* 77. *de jure dot.* (18).

Pactumque id tantum ad exceptionem prodesse,] Pro *id* Bynkersh. [*loc. cit. Cap.* 12.] reponit *ei*, vel *eo*, quod non probo. *Ad exceptionem*, adeoque *ipso jure* non prodesse.

Sed cum sortis petitio dilata sit, consequens est, etc.] Menti contrahentium.

Ut etiam usurae ex eo tempore, etc.] Id est, ex eo demum tempore.

Et, si (19) *ut ille putabat*, etc.] Amicus quidam. Forte specialem intellexit. Ulpianum intelligit Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 95. *error.* 7. Frustra (20). Al. *illi putabant*, ut supra (21).

Non enim in mora *est is, a quo* etc.] Quam exigunt verba *quo post solvam. L.* 126. §. 2. *de V. O.* (22) add. Noodt. *de Foen. et Usur. d. Cap.* 4. in fin.

Sed si quantitatem, etc.] Add. Basilic. *Tom.* III. *p.* 309. Rob. Steph. *sed et.* (23).

Sicut est in fructibus,] Fundi promissi. Post τὸ *fructibus* (.) ponit Rob. Steph. et Bynkersh. *d. loc. Cap.* 14. qui verba priora cum Basilic. Schol. accipit ut objectionem, seqq. ut responsionem. Paulus autem hoc de fructibus adducere videtur, quia hi facilius debentur, quam usurae.

Quo competit usurarum nomine, etc.] D. Goth. *in not.* „ Al. *quod competit* etc." (24). Sic malo. Bynkersh. *d. loc. Cap.* 14. *quae.* Sed sic refertur ad pecuniam omnem debitam usurarum nomine, quod absonum. Idem, *Obs.* VI. 19. illud *pecunia* geminat.

(1) Bynkersh. *Lib. Sing. ad h. l. Cap.* 1. in ej. *Oper. Minor.* mallet *Lib.* III. *Decretorum* Recte tamen eum ab hac crisi abstinuisse, ait Zepernick. *Diatrib. de Judicat. Centumv.* §. 17. adject. Siccam. *de Judic. Centumv. p.* 371. Legem hanc Flor. perquam accurate scriptam esse, ut adeo menda, quae in ea sunt, anteriori Codici origines debere videantur, monet Brenem. *h.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. eamque praeter Noodtium, et Bynkershoekium, *locc. citt.* etiam explicuerunt Cujac. *ad Lib.* III. *Paul. Quaestion.* Balduin. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p* 401. *seqq.* et *p.* 847. *seqq.* Hier. Groslot. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 32. *seqq.* add. Otton. *in Praef. d. Tom. p.* 10. *seqq.* item Guil. Barclaj. in eod. Thes. *Tom.* III. *p.* 893. *seqq.* Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 16. *seq.* Jo. Frid. Böckelman. *ad L.* 40. *de reb. cred.* Lugd. Batav. 1677. Van Eck, *Diss. de Septem damnat. Legib. Pand. Cap.* 2. in Supplem. Thes. Meerman. *p.* 575. *seqq.* Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. tit. de Pactis*, §. 311. *p.* 268. *seqq.*

(2) De qua vid. Schulting. *ad Caj. Instit.* II. 9. §. 2. *not.* 25.

(3) Add. Bynkersh. *d. loc. Cap.* 2. Otton. *in Praef. Tom.* V. *Thes. jur. p.* 11. et in *Papinian. Cap.* 14. §. 5. *p.* 515. *seq.* Vid. et Const. Land. *Exercitat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1414. et Curtium, Εἰκαστῶν, II. 43. in eod. Thes. *Tom.* V. *p.* 182.

(4) De nomine *Aemilii* vid. Otton. *in Papinian. Cap.* 2. §. 2. *p.* 21. et *Cap.* 5. §. 2. *p.* 72.

(5) Add. Otton. *loc. modo cit. Cap.* 14. §. 6. *p.* 525. Sequitur: *Praefecti Praetorio.* Vid. Otton. *d. loc. Cap.* 14. §. 4. *p.* 499. et Bach. *Hist. Jur.* III. 2. *Sect.* 5. §. 19. *Jurisconsulti.* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XIII. §. 2. comma post hanc vocem delet, eamque refert ad seq. vocem *cautio*: probante Gluckio, *d. loc. not.* 4. Sed vid. Otton. *loc. modo cit. Cap.* 10. *p.* 238. *seq. Cautio*, id est, scripturа, instrumentum, chirographum. Vid. Cujac. *loc. cit.* Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 38. §. 2. Otton. in *Praef. Tom.* V. *Thes. jur. p.* 11. add. Bentlej. *ad Horat. Epistol.* II. 1. *vs.* 105. *p.* 628. *seq. Scripsi.* Inepte nonnullos hic adponere *ego*, docet Duker. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. *Quin-*

de-

decim mutua. Forte legendum *quindecim millia*, scil. *denariorum.* Vid. seqq. Al. *quindecim millia mutua.* Vid. Otton. *in Praef. Tom.* 5. *p.* 10. add. pro lectione Flor. Averan. *Interp. Jur.* I. 24. §. 4. Quid sit *numerare de domo* pluribus exponit Hubert. *Diss.* II. *de Argentar. Vett. Cap.* 4. §. 5. in Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 96. et God. Lud. Mencken. *Diss. de Vera indole literarum obligationis et exceptionis non num. pec.* §. 3. *seqq.* citatus a Gluck. *d. loc, not.* 5.

(6) Voces *proba recte* plerosque supervacuas putare, sed invitis Codicibus, notat Brencm. *h.* Vid. de hac clausula Bynkersh. *d. loc. Cap.* 4. et notata superius ad *L.* 19. *de reivind.*

(7) *Futuris*, id est, proximis. *L.* 41. *de V. O.* Basil. *ἐνισταμένων μηνῶν*. Vid. Bynkersh. *d. loc. Cap.* 4. Moris fuisse apud Romanos, stipulationes usurarum non in singulos annos, sed in singulos menses fieri, docet Noodt. *de Foen. et usur.* II. 1. Hinc Horat. *Sermon.* I. 3. *vs.* 87. *Kalendas* vocat *tristes.* add. Jac. Curtium, Εἰκαστῶν, III. 29. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 218. et Averan. *Interpr. Jur.* II. 28. §. 6.

(8) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 38. §. 2.

(9) De quo loco Nepotis vid. Schulting. *d. loc.*

(10) Vid. Cujac. *ad h. l. loc. supra cit.* et ita quoque Hal. et Vulg.

(11) Agnoscit tamen *si die* dici potuisse pro *si ea die*, neque hoc improbabile esse, docet Duk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

(12) *Quoad* dicit Bynkersh. *d. loc. Cap.* 6. Sed neutrum verum: retinet enim Cujacius τὸ *quo*, et *quo post* exponit *quo tardius*, ut ipse quoque Bynkersh. *d. loc.* et Noodt. *de Foen. et Usur.* III. 4. Gluck. *d. loc. not.* 7. *quo post solvam* interpretatur, *quoad usque sortem integram persolvero.*

(13) Vulg. XXV. Vid. Brencm. *h.* Vulg. sequitur Alciat. *Dispunct.* III. 2. male. Vid. Bynkersh. *d. loc. Cap.* 1. Add. Augustin. *Emendat.* II. 10. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1489. et Otton. *in Praef. Tom.* V. *Thes. jur. p.* 10.

(14) Sequitur: *uti pro Maevio ex summa suprascripta etc.* Hal. et Vulg. *uti Publio Maevio etc.* probante

Bynkersh. *d. loc. Cap.* 8. et Brencm. *h.* *Quoniam numerus mensium* etc. Flor. *mensum*, eamque lectionem defendit Bynkersh. *d. loc. Cap.* 9. Recte. Vid. Brencm. et Duk. *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. et notata superius ad *L.* 1. *de feriis*, *Tom.* I. *in Addend. p.* 618.

(15) Propter septem haec verba Legem hanc inter Damnatas relatam, ait Bynkersh. *d. loc. Cap.* 10. Idem quoque monuit Otto, *in Praef. Tom.* V. *Thes. Jur. p.* 10. et Van Eck, *d. loc. p.* 570.

(16) Conf. Schulting. *in Enarr. tit. Pand. de pactis*, §. 9. *et* 10. et *Thes. Controv. Dec.* 7. §. 5. Scil. pacta contractibus stricti juris *ex intervallo* adjecta, neque a parte actoris, neque a parte rei inesse, satis quidem constat; sed quid dicendum sit de pactis *in continenti* adjectis, mire variant Interpretes. Et 1°. quidem quaeritur, an haec pacta insint contractui a parte *actoris*. Alii simpliciter id adfirmant, uti Merill. *Var. ex Cujac.* I. 8. et *Obs.* III. 24. Wissenbach. *in Disp. ad tit. Pand. de pactis*, §. 30. Thomas. *in Schol. ad Prael. Huber. ad eund. tit.* §. 10. Vid. et Jos. Fern. de Retes, *Opusc.* II. 4. *Cap.* 2. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 159. *seqq.* et Charond *Verisim.* II. 9. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 753. Alii distinguunt inter pacta *stipulationi*, et aliis contractibus stricti juris adjecta: uti Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 525. Bockelman. *de Action. Cap.* 3. *Part.* 9. §. 19. Noodt. *de Pact. et transact. Cap.* 12. Vid. et D'Avezan. *de Contractib. Lib. Prior. Cap.* 22. in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 49. Denique alii, et quidem plerique, pacta haec a parte actoris inesse, simpliciter negant, uti Vinn. et Schulting. *locc. citt.* Os. Aurel. *Dispunct.* 8. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 711. *seqq.* Huber. *Prael ad tit. Pand. de pactis*, §. 10. Voet. *ad eund. tit.* §. 7. Bynkersh. *loc. supra cit. Cap.* 10. et *Diss. de Pactis contr. str. jur. in cont. adject.* Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. tit. de pactis*, §. 311. *p.* 267. aliique. 2°. Quaeritur, an insint haec pacta *a parte rei*. Ubi rursus tres potissimum sententiae distinguendae sunt. Alii enim simpliciter id adfirmant, uti Vinn. Huber. Voet. Noodt. Gluck. *locc. modo citt.* Contra, alii id simpliciter negant, uti

Bynkersh. *locc. modo citt.* quem ſequitur Otto, *in Papin. Cap.* 10. §. 5. *p.* 278. et *in Praef. Tom.* V. *Theſ. Jur. p.* 11. item Wachendorff. *Diſſ. de Pactis nudis, Cap.* 2. §. 9. in ej *Triade Diſſ. p.* 515. *ſeqq.* Denique alii diſtinguunt inter pacta *ſtipulationi*, et aliis contractibus ſtricti juris adjecta, exiſtimantes uſu fori obtinuisſe, ut pacta *ſtipulationi* adjecta a parte rei inſint, uti Schulting. *locc. citt.*

(17) Vid. J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* I. 5 §. 9. Ipſe quoque Bynkersh. agnoſcit, Florentinam defendi posſe. Apud Hal. τὸ *pecuniae* abest.

(18) Sequitur: *quidam dicebant.* Hal. *dicebat*, forte, quod ſequitur *ut ille putabat*, idque tueri Hotoman. et Ant. Fab. notat Brencm. *h.* Sed perperam, et nihil uſitatius esſe, quam permutari numeros, etiam in eadem periodo, monet Duker. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. add. de his verbis Perrenon. *Animadv.* II. 11. in Theſ. Otton. *Tom.* I. *p.* 641. *ſeq.*

(19) *Si* pro *etiamſi*, *quamvis* accipit Brencm. *h.* et Bynkersh. *ad h. l. Cap.* 13. add. Duk. *in not. ad h. l.* et notata ſuperius ad *L.* 18. §. 1. *de judic.*

(20) Vid. Schulting. *ad Vit. Ulpian. a Grotio deſcriptam*, in *Jurispr. Antejuſtin. p.* 558. *not.* 4. add. Bynkersh. *ad h. l. Cap.* 13. Otton. *in Papin. Cap.* 13. §. 8. *p.* 407. et in *Praef. Tom.* V. *Theſ. jur. p.* 12. Zepernick. *loc. ſupra cit.* Gluck. *d. loc. not.* 12. *p.* 274.

(21) Zagarum exiſtimasſe, utroque in loco numerum ſive ſingularem, ſive pluralem conſtitui debere, notat Otto, *in Praef. Tom.* V. *Theſ. jur. p.* 11.

(22) Ex qua hunc locum lucem capere, notat quoque Labitt. *in Uſ. Indic. Cap.* 3. §. *ult.* in *Jurispr. reſtit. Wieling. p.* 71.

(23) Varias hujus loci lectiones recenſet Brencm. *h.*

(24) Ita Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

L. XLI.

Placebat, debitores quidem, ei (1) *qui ſolvisſent, liberatos esſe;*] Ex aequitate. Vid. §. 10. *Inſt. de mandat.* *Si modo ipſi quoque ignorasſent dominum decesſisſe:*]

Aliud in *institore.* *L.* 17. §. 3. *de instit. act.* Sed is longius a mandatario differt, quam dispensator, ut probant seqq., etsi aliquando late loquendo confundantur. Vid. *L.* 5. §. 1. et *L.* 19. §. *ult.* *de instit. act.* et Cujac. *Tractat.* VIII. *ad African. in expl. h. l.*

Familiae erciscundae quidem actionem non competere coheredibus, sed negotiorum gestorum dari debere.] Ratio est in *L.* 25. §. 15. *et* 16. *fam. ercisc.* Vid. Cujac. *d. loc.* (2).

Quas vero pecunias ipse credidisset, eas non ex majore parte,] Scil. summae. Vid. *L.* 13. *in fin. h. t.*

Quam ex qua ipse heres sit, alienatas *esse.*] Atqui Stichus putavit, illas esse domini. add. *L.* 35. *de adq. rer. dom.* et *L.* 15. §. 2. *de contrah. emt.* Cujacius, *d. loc.* ait id fieri, quia est heres, qui defunctum repraesentat; in Legibus autem objectis major error. Aliter Merill. *Obs.* IV. 32. (3).

Ut credendo nummos (4) *alienaret.*] Non obstat *L.* 19. §. 3. *de donation.* *L.* 33. *de adq. vel am. poss.* Vid. *ibid.*

Neque ut (5) *creditam pecuniam pro parte coheredis peti posse*, etc.] Sed idem juris, quod nummis alienis datis. Vid. Cujac. *d. loc.*

Nam si nominatim, etc. *procul dubio inutiliter esset stipulatus.*] Vid. *L.* 18. §. 2. *de stip. servor.* Male Africano obloquitur Autumnus. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 487.

Ita hereditati *quoque ex re hereditaria adquiri:*] Ut domino.

Utique si scierint eum sibi coheredem datum;] Vid. *L.* 34. *de stip. servor.* Quod in extraneo necessarium, cum tantum ab apertis tabulis adire potuerit. Vid. Cujac. *d. loc.*

Ut, si suae conditionis (6) *coheredes iste servus habeat, in-*

invicem bona fide servire videantur.] Non *possidere*: id enim requirit animum. Vid. Cujac. *d. loc.*

(1) *Placebat ei, debitores quidem* etc. conjicit Clar. M. Tydeman. Ad verba praecedentia *Kalendario praeposuerat* vid. Cujac. *loc cit.* add. Averan. *Interpr. Jur.* II. 28. §. 5. Noodt. *de Foen. et usur.* II. 1. Westenberg. *in D. Marco*, *Diss.* XXII. §. 4. *p.* 233.
(2) Add. T. L. Prins, *laud. Diss. de iis quae sunt sing. in mutuo*, *Cap.* 3. §. 5. *p.* 44. *seq.* et notata superius ad *d. L.* 25. §. 16.
(3) Aliter etiam Averan. *Interpr. Jur.* I. 16. §. 13.
(4) Flor. *nummo*, sed recentius et recte *s* adscripta. Vid. Brencm. *h.*
(5) Apud Hal. *ut* abest.
(6) Flor. inter verba *conditionis* et *coheredes* olim inserta fuere: *dominica coleretur deberi idem.* Quae cum neque repetita sint, neque anticipata, videri possent alia quaedam excidisse, unde haec pendeant. Vid. Brencm. *h.* qui ait, septem se Codices consuluisse, eosque convenire in lectionem vulgatam; attamen Vat. III. habere: *dominica eo lleretur deberi idem.* quae unde venerint, monente Brencmanno, nemo divinaret, si ipsum Cod. Flor. non contulisset, et simul indubitatum argumentum praebent descripti ex eo Codicis.

L. XLII.

Si decem petiero a Titio, non liberatur Sejus:] Spectat jus vetus, de quo *L.* 28. *Cod. de fidejussor.* ubi abrogatur. (1).

(1) Add. Ant. Fab. *Conjectur.* I. 17. *num.* 4. Sequitur in §. 1. *Labeo ait*, *cum decem curari* etc. Refert haec quoque Ulpianus in *L.* 67. §. 1. *de V. O.* Vid. Walch. *ad Eckhard. Herm. jur.* l. 5. §. 175. ubi etiam alia similia exempla attulit. Flor. *cur* in *curari* recentius et suspensa manu deletum, et reposita *a.* Vid. Brencm. *h.* qui legendum conjicit *dari curari*, ut est in *d. L.* 67. Addit, tres Codices habere *tu dari*, duos *decem dari curari.* Quae posterior lec-

tio videri quoque posset confirmari auctoritate Basilic. *Tom.* III. *p.* 231. Budaeus restituit: *cum decem esse danda curari stipulatus sis.* Vid. Const. Land. *Exercitat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1414. Sequitur: *quo scilicet significet.* Ita Taurell. Sed clara et intacta scriptura est Flor. *significat*, nec aliter Codd. et editt. teste Brencm. *h.*

TITULUS II.

DE JUREJURANDO, SIVE VOLUNTARIO, SIVE NECESSARIO, SIVE JUDICIALI.

Rubricam hanc se non intelligere, ait Hotomannus [*Epitom. in h. t. Pand.*] Sed fuit sub Justiniano procul dubio trimembris haec divisio jurisjurandi cognita. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 488. add. de ea Fabrot. *ad Cujac. Parat. ad tit. Cod. de reb. cred.* Merill. *Var. ex Cujac.* I. 18. et *Obs.* III. 13. (1) contra quem explicationem singulorum membrorum, quam habet Os. Aurel. *Dispunct.* 18. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 734. *seqq.*] non probo.

In Edicto Perpetuo de *jurejurando voluntario* actum occasione interrogationum in jure faciendarum, de *necessario* hoc loco. Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* in pr. (2).

(1) Quos sequitur Schulting. *in Thes. Controv. Dec.* 39. §. 1. Alii aliter. Vid. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. hoc tit.* §. 789. *p.* 180. *seq.*

(2) Add. Gluck. *d. loc. p.* 178. ubi et de ratione connexionis: de qua vid. et Maran. *in Parat. ad h. t. Pand.* et Nerium, *Analect.* II. 3. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 393. Ad singulas hujus Tituli Leges commentatus est Guil. Barclaj. in eod. Thes. *Tom.* III. *p.* 921. *seqq.*

L. I.

L. I.

Maximum remedium expediendarum litium etc.] Improbatum Platoni, *de Legib. Lib.* XII. *p.* 987. De Pacuvio, a D. Goth. *in not.* laudato, vid. Scalig. *ad Festum*, voc. *manticularum.* Facit huc Sueton. *in Jul. Caes. Cap.* 85. et Paul. *in Sent.* II. 1. §. 1. (1) add. Grotium, *de Jur. B. ac P.* II. 13. §. 13.

Qua vel ex pactione ipsorum litigatorum,] Quo et jusjurandum *necessarium* comprehendit. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Dixi, quid sit jusjurandum* etc. (2).

(1) Ubi vid. Schulting. Quod Gajus hic vocat *jurisjurandi religionem*, Paulum simpliciter dicere *religionem* in *L.* 25. §. 3. *de probat.* notat Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 5. *p.* 224. Ceterum, de vera jurisjurandi notione variant JCti aeque ac Philosophi. Late ea de re egit Gluck. *d. loc.* §. 789. *p.* 182. qui etiam plures alios laudavit, quibus addendus est Jo. Chr. Frid. Meister. *Comm. Philosoph. de jurejurando*, et Jo. Chr. Schwab. *Diss. de eod. argumento*, in Fascic. Diss. a Clar. Curatoribus Legati Stolpiani edit. a. 1811.

(2) Cujus doctrinam non accurate proponit Gluck. *d. loc. p.* 179. *seq.* Paulo aliter Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. p.* 140. qui videtur sub seqq. verbis: *vel ex auctoritate Judicis*, comprehendere jusjurandum *necessarium* et *judiciale.*

L. II.

Jusjurandum speciem transactionis (1) *continet:* etc.] Vid. Fab. *in Cod.* II. 21. *Def.* 2. (2).

(1) Basil. *Tom.* III. *p.* 118. ἔοικε διαλύσει, *transactioni proximum est.*

(2) Add. Cujac. *ad Lib.* XVIII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

L. III.

Ait Praetor: SI IS, CUM QUO AGETUR, CONDITIONE DELATA, JURAVERIT.] Junge *L.* 7. *h. t.* Facit huc M. Senec. *in Praef. Lib.* III. *Controv.* Noodt. *ad h. t. Pand.* vſ. *Porro ait Praetor* etc. *conditionem* explicat *pactionem:* ego *optionem.* Vid. Briſſon. *de V. S.* voc. *conditio.*

Nec fruſtra adjicitur (1) conditione delata: *nam ſi reus* etc.] Vid. Carpzov. *Defin. Forenſ. Part.* I. *Conſt.* 12. *Def.* 34.

(1) Flor. *adicitur.* Vid. notata ſuperius ad *L.* 1. §. 1. *de Senator.* et *ibid.* in *Add. p.* 615. Ad ſeq. §. 1. vid. Gluck. *d. loc.* §. 799. *p.* 263. et ad ſeq. §. 3. vid. Merill. *Obſ.* VII. 20. add. Labitt. *de Uſ. Indic. Cap.* 5. §. 33. in *Juriſpr. Reſtit. Wieling. p.* 113. et Pothier. *in Pand. Juſtin. hoc tit. num.* 23. De voce *praegnas* et *praegnatem*, ut Flor. ſcriptum est, vid. notata ſuperius ad *L.* 5. §. 3. *de ſtat. hom.* et *ibid.* in *Add. p.* 614. Sequitur: *quaſi calumniae cauſſa ventris nomine fuerit in poſſeſſionem.* Hal. *in poſſeſſione.* Sed vid. notata ſuperius, *Tom.* I. *p.* 3. *ſeq.* Porro in verbis *ex eo editus, an non ſit* Flor. ſubantique post *editus* ſuperſcriptum *ſit.* Vid. Brenceman. *h.* qui vocem *ſit* transponit legens: *ex eo editus ſit, an non.* Vulg. et Hal. *ex eo editus ſit, an non ſit.* Nonnulli Codices habent *editum ſit.* Vid. Brencm. *d. loc.*

§. 4.

Ceterum, ſi ego detuli, ut per Deum (1) *jurares, tu per caput tuum juraſti,*] Junge *L.* 5. *h. t.* Dion. Halicarnaſſ. *Lib.* VI. *p.* 406. ὀμνύειν καθ' ἱερῶν.

(1) Baſ. *Tom.* III. *p.* 119. κατὰ τοῦ θεοῦ. Vid. Brencm. *h.* qui id vertit *adverſus Deum.* Rectius Fabrot. *per Deum*, ut in ſeqq. κατὰ κεφαλῆς σου, *per caput tuum.* et in ſeq. *L.* 5. κατὰ τῆς σωτηρίας σου, *per ſa-*

salutem tuam, et pluribus aliis locis in hoc titulo. *Per Deum* a Triboniano esse, et Ulpianum scripsisse *per Jovem*, censet Raevard. *Varior*. V. 5. ubi formulas jurandi *per salutem tuam*, et *per Jovem* explicuit. Conf. notata superius ad *L*. 2. *de justit*. *et jur*. et *ibid*. in *Add*. *p*. 611. Quae ad *h*. *l*. notavit Const. Land. *Praetermissor*. in Thes. Otton. *Tom*. III. *p*. 1465. non magni monenti sunt.

L. IV.

Vel filiorum tuorum:] Vid. Demosth. *de Fals. Legat*. *p*. 339. Gregor. Nazianz. *Carm*. *Jambic*. *p*. 226. (1).

(1) Add. Grotium, *in Flor*. *Sparsion*. *ad h*. *l*. *p*. 153. Brencm. *h*. citat quoque Plin. *Epist*. II. *ult*. Quinctil. *Inst*. *Orat*. IX. 2. Senec. *Controv*. 27. Böcler. *ad Terent*. *Heaut*. *Act*. V. *Scen*. 4. Vid. et de hac formula jurandi Trotz. *de Memor*. *Propag*. I. 2. *p*. 114. *seq*.

L. V.

Non erit ratum (1) *habendum* etc.] Junge *L*. 3. *h*. *t*. *Quod si exegi*, *ut per salutem tuam* (2) *jurares*, *et jurasti*, *stabitur*: etc.] Formulae hae jurandi Christiano non sunt probandae, quas tamen excusat Huber. *Eun*. *Rom*. *p*. 491. Ceterum, hic agitur tantum de vi in foro, et tempore, quo multi erant adhuc pagani.

(1) Flor. *juratum*: testatur tamen Brencm. *h*. literas *tu* tam antique deletas esse, ut *ratum* merito in contextum sit recipiendum, et sic quoque omnes editiones habere.

(2) Vid. Raevard. *loc*. *cit*. *ad praec*. *L*. 3.

§. 1.

Quod propria superstitione juratum est,] Non tamen illicita forma. Vid. §. 3. *h*. *l*. (1).

Stan-

Standum rescripsit.] Al. *non standum.* Male. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 492. *seq.* (2).

(1) Add. Otton. *de Aedil. Colon. et Municip. Cap.* 7. *p.* 243.

(2) Add. Jauch. *de Negation. p.* 20. Bynkersh. *Obs.* VI. 2. ubi plura de *h. l.* Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 38. §. 7. *Non standum* etiam habere Cod. Erlang., sed perperam, notat Gluck. *d. loc.* §. 789. *not.* 16. Miror in Corp. Jur. Geb. et Spang. nihil hic moneri.

§. 2.

Dato *jurejurando* etc.] Id est, *praestito.* Plaut. *Mostell. Act.* V. *Scen.* 1. Vid. Fabrot. *ad Cujac. Parat. ad tit. Cod. de reb. cred.* (1).

(1) Pari modo in seq. *L.* 9. *pr. et* §. 1. add. Brisson. *de V. S.* voc. *dare, num.* 12. et Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XIII. §. 4.

§. 3.

Scilicet improbatae publicae *religionis,*] An *publice?* Sic et Bynkersh. *Obs.* VI. 2. (1).

(1) Probante etiam Brencm. *h.* et Sam. Petit. *Var. Lection.* I. 16. *p.* 67. qui intelligit *religionem Christianam.* Sed vid. Bynkersh. *d. loc.* et *Diss.* II. *de Relig. peregrina,* in ej. *Opusc. var. arg.* Nic. Catharin. *Obs. et Conject.* III. 43. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 789. *religionem publicam* dicit *superstitionem privatam.*

L. VI.

Cum paratus esset adversarius jurare,] Vid. Paul. *in Sent.* II. 1. §. 3. (1).

(1) Ad verba *gratiam ei facit* vid. Burman. *ad Sueton. Tom.* I. *p.* 541. In Inscriptione Legis pro *Lib.* XIX. Hal.

Hal. habet *Lib.* XVIII. probante Cujac. *ad Lib.* XVIII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

L. VII.

Ejus rei, de qua etc.] Junge *L.* 3. *pr. h. t.*

Neque in eum, ad quem ea res pertinet, actionem dabo.] Vid. *L.* 9. *pr. h. t.*

Neque in eos, qui in locum ejus, cui jusjurandum delatum est, succedunt;] Junge *L.* 9. *h. t.*

L. VIII.

Etiamsi in rem successerint.] Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Igitur pollicetur Praetor* etc. (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* XVIII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

L. IX.

Nam, postquam etc.] Junge *L.* 7. *h. t.* (1).

(1) Sequitur: *an jusjurandum datum sit*, et in §. 1. *jurejurando dato.* Pari modo scriptum in praec. *L.* 5. §. 2. ubi vid. notata. Etiam in caussis famosis jurisjurandi delationem locum habere, ex seq. §. 2. aliisque locis in jure satis apertum est. Dissentiunt tamen alii. Vid. Gluck. *d. loc.* §. 799. *p.* 264. *seqq.*

§. 4.

Ego autem puto, hanc replicationem non semper esse dandam;] Add. *L.* 44. *de minor.*

Praeterea exceptio *ista*, etc.] Id est, replicatio.

Statutum tempus] A Triboniano esse videtur (1).

(1) Vid. tamen Bynkersh. *Obs.* VII. 19.

§. 5.

§. 5.

Sed et si quis in fraudem creditorum etc.] Vid. *L.* 3. *quae in fraud. credit.* (1).

(1) Sequitur: *mox*, *bonis ejus* venditis, *experiri volet.* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XIII. §. 3. ope geminationis legit *venditis is.* Non putem necesse.

§. 6.

Nam actionem mihi parit.] Obstat *L.* 39. §. 1. *de procurator* (1).

(1) Ad quam vid. notata. Ceterum, an jusjurandum in animam alterius, quod vocant, jure civili prorsus non probatur, ut vult Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 38. §. 8., dubitant alii. Vid. Gluck. *d. loc.* §. 806. *p.* 344. *seqq.*

§. 7.

Ceterum adversus alium si velit praerogativa jurisjurandi uti, nihil ei proderit.] Vid. *L.* 7. §. 7. *de Public. in rem action.* (1).

(1) De voce *praerogativa* vid. J. F. Gronov. *Observat.* IV. 1. *p.* 528. add. Brisson. *de V. S.* in voc.

L. XI.

Sed si possessori etc.] Junge *L.* 9. *h. t.* Al. *Sed et si.* (1).

(1) Ita Hal. Vid. Gebauer. *h.*

§. 1.

Actionem in factum *ei dandam*,] Vi enim sua est tantum personalis. Non obstat §. *ult. h. l.* (1).

(1) Incipit hic §. *Proinde si cum possideret, et deferente petitore* etc. Ubi *τὸ et* malam repetitionem esse literarum finalium vocis antecedentis, recte notat Brencm. *h.* addens, neque Codices, neque editiones illud habere. Simile quid observavimus quoque supra ad *L.* 3. §. 1. *de transaction.* et *L.* 52. §. 1. *fam. ercisc.* In fine §. pro *post jusjurandum delatum* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XIII. §. 4. legit *post jusjurandum datum*, id est, praestitum, motus auctoritate Theophili, in Basil. *Tom.* III. *p.* 155. *seq.*

§. 2.

Sed si rerum etc.] Al. *Sed et si.* (1).

(1) *Ita* Hal. Vid. Gebauer. *h.*

§. 3.

Idcirco utilis actio *mihi competit.*] In rem. Sic etiam *L.* 13. §. 1. *h. t.* Non obstat §. 1. *h. l.* (1).

(1) Sequitur: *tuque coepisses petere eam a me.* Taurell. edidit *petere* EAME. add. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* II. 2. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 162. Rucker. *Obs. et Interpr. in Praefat. p.* 10. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 2. §. 61. *p.* 55. Sed Brencm. testatur, Flor. proprie legi *petereeame*, ultima litera *e* in *petere* praeter rem geminata, et mavult simpliciter legi *petere a me*, ut habent quoque Vulg. et Hal. Vid. Gebauer. *h.* — Ad seq. *L.* 12. pauca notavit Cujac. *ad Lib.* IX. *Julian. Digestor.*

L. XIII.

Utrum alteri totius debitae patronis portionis,] *Utrum alteri ante sibi debitae* etc. Vulg.

An vero dimidiae debitae eis partis etc.] *Debitae et suae partis*, Vulg. Quam lectionem deletis verbis *ei suae* praefert Faber. Male. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 494. (1).

(1) De varia hujus loci lectione videndus est Brencm. *h.*

Post

Post τὸ *competeret* Hal. addit: *Julianus quaerit.* et in seq. §. 1. pro *Julianus* reponit *Idem*, ut et in seq. §. 2. pro *Idem*, *Item.* Vid. Gebauer. *h.*

§. 1.

Post longi temporis praescriptionem etiam utilem actionem (1) *habere debere.*] Vid. *L.* 11. §. *ult.* et *L.* 29. *h. t.*

(1) Id est, *utilem reivindicationem.* Vid. Maran. *in Paratitt. ad h. t. Pand.* et Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. tit. de Publ. in rem act.* §. 599. *not.* 3. *p.* 375. *seq.* ubi plura de hoc §. add. Marcil. *ad* §. 4. *Inst. de action.* et Pothier. *in not. ad h. l.* — In seq. §. 2. pro *hoc solo nomine condictione si conveniatur* van de Water, *Obs.* II. 10. *p.* 167. legit: *hoc suo nomine* etc. probante Gluck. *d. loc. hoc tit.* §. 799. *not.* 78. *p.* 265. Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 5. *p.* 225. mavult: *hac*, *suo nomine* etc. aut *hic suo nomine* etc. Pro *se furtum ne fecisse*, ut Flor. legitur, Codices et editiones rectius habere *non fecisse*, notat Brencm. *h.* Etiam Cod. Pand. Erlang. habere *non*, testatur Gluck. *loc. modo cit. not.* 77. Sed Florentinam retinet Brisson. *de V. S.* voc. *ne*, putans, *ne* pro *non* positum, ut etiam alibi fit. add. Marckart. *Interpr. rec. lect. Jur. Civ. p.* 42. Verbum μονομερῆς, quod sequitur, explicat Cujac. *Obs.* IV. 32. Vid. et Alciat. *Dispunct.* IV. 2. et *Parerg.* I. 7. Ant. Augistin. *Emend.* IV. 16. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1552. *et seq.* Jac. Curtium, εἰκαστῶν, I. 42. in eod. Thes. *Tom.* V. *p.* 132. Gluck. *loc. modo cit. not.* 79. *p.* 266. Interpretatio *id est*, *unimembris* a Cod. Flor. abest. Pro *condictio* Flor. scriptum est *condicticio*, forte pro *condicticia*, et ad finem *eo* est superscriptum. Vid. Brencm. *h.* qui inde natum credit, quod tam Codices, quam editi, hic inserant *ei.*

§. 3.

Si vero hoc non fuerit juratum, tunc consequens est, de pretio eum teneri.] Facit huc *L.* 30. *in fin. h. t.*

§. 5.

§. 5.

Quae non esse extra aequitatem posita, non negaverim.] Edictum enim de his non loquitur. Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Intellecta hujus actionis forma*, etc. (1).

(1) *Quintum Saturninum*, cujus hic fit mentio, non diversum esse a Claudio Saturnino, censet H. Oosterdyk. *Diss. ad Fragm. quae ex Venulej. Saturnini Libris de Offic. Proconf. supersunt*, *Cap.* 1. §. 3. in Nov. Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 457. Sed vid. Stockman. *ad Bach. Hist. Jur.* III. 2. *Sect.* 5. §. 24.

§. 6.

Et ita ei superdici προπετῶς μὴ ὄμνυε.] Per Praeconem. Vid. *L.* 16. *Cod. ex quib. causs. infam. irrog.* ibique Gothofred. add. Cujac. *Obs.* VIII. 7. et XIII. 3. Raevard. *Varior.* V. 7. Rad. Forner. *Rerum Quotid.* I. 13. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 140. *seq.*] add. Chrysost. *in Psalm.* 8. *p.* 579. Lucian. *Verar. Histor. Lib.* III. *p.* 683. Dio, *Epit. Lib.* LXXIII. *p.* 838. et *Lib.* LXXVI. *p.* 865. Herald. *ad Apolog. Tertullian. Cap.* 2. *in fin.* (1).

(1) Add. et Petron. *Cap.* XI. in fin. ibique Erhard. Marq. Freher. *Parerg.* II. 20. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 932. *seq.* Jo. Fern. de Retes, *Opusc.* VIII. 17. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 403. Const. Land. *Exercitat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1414. Duker. *ad Sueton. in Domitian. Cap.* 10. *p.* 918. *seq.* edit. Oudendorp. Otto, *Diss. de Perjur. per genium Principis*, *Cap.* 3. §. 5. in ej. *Diss. Jur. publ. et priv. p.* 284. *seqq.* Interpretatio, *id est*, *temere ne jurato*, abest a Cod. Flor. De *Jurejurando per genium Principis* vid. Pancirol. *Thes. Var. Lection.* II. 31. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1151. *seq.* et in primis Otton. *Diss. modo laud.* alios citat Schott. *in Supplem. Biblioth. Lipen. p.* 255. De *poena* perjurii vid. notata superius ad *L.* 21. *de dol. malo.* add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 39. §. 9.

Otton. *laud. Diss. Cap.* 3. *p.* 277. *seqq.* Pothier. *in Pand. Justin. hoc tit. num. ult.* Gluck. *d. loc.* §. 798. *b. not.* 31. *p.* 247. *seq.*

L. XIV.

Paulus Lib. III. *ad Edictum.*] Conf. *L.* 6. §. 2. *de edendo.* (1).

Quotiens (2) propter rem *juratur*, etc.] Secus, si juratur *de calumnia. L.* 16. *L.* 34. §. 4. *h. t.* quod non est *propter rem.* Vid. locum Stephani *in Rhetoricam Aristotelis* apud Fabrot. *ad Cujac. Parat. ad tit. Cod. de reb. cred.*

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* III. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

(2) De scriptura hujus vocis vid. notata superius ad *L.* 2. §. 33. *de orig. jur.*

L. XV.

Idem Lib. VI. *ad Edictum.*] Ubi egit de *cautione judicio sisti.* (1).

Ad personas egregias,] Haec a Triboniano esse, censet Cujac. *ad Cap.* 8. *X. de testib.* ubi etiam de re ipsa.

Domum mitti oportet ad jurandum.] Vid. Tacit. *Annal.* II. 34. Facit huc *Nov.* 124. *Cap.* 1. Idem in alio casu *L.* 12. *Cod. Theod. de Legat. et decret. legation.* [*Tom.* IV. *p.* 631.] (2).

(1) Vid. Cujac. *ad Lib.* VI. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

(2) Add. Henr. Hildebrand. *Diss. de Personis egregiis earumque juribus.* Altorf. 1693. citat. a Gluck. *d. loc.* §. 806. *not.* 9. *p.* 344.

L. XVI.

Ulpianus Lib. X. *ad Edictum.*] Ad Titulum *de calumniatoribus* spectat. (1).

Non

Non compellitur (2) *jurare de rerum amotarum judicio*,] Quia id contra eum non datur. *L.* 2. *L.* 5. §. 1. *et ll. seqq. de obseq. par. et patron. praest.* Vid. Glosf. *h.*

De calumnia non debet jurare.] Vid. *L.* 34. §. 4. *h. t.* (3).

(1) Add. Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 1. §. 3. in *Jurispr. restit. Wieling. p.* 8. et Eckhard. *Herm. Jur.* I. 5. §. 192. *p.* 564.

(2) *Compellitur* Hal. Vid. Gebauer. *h.*

(3) Jo. Cannegiet. *ad Coll. LL. Mos. et Rom. tit.* 4. §. 4. *p.* 203. *non debet* explicat *non compellitur*, *nisi id exigatur*, seu *non ultro debet*. Dubito, an recte.

L. XVII.

Jusjurandum, quod ex conventione extra judicium defertur, referri non potest.] Scil. ita, ut is, cui refertur, id cogatur praestare, ut bene Glosf. *ad Cap. ult. X. h. t.* Pari modo *non defertur* dicitur in *L.* 34. §. 2. *h. t.* Multi hic haerent, ut patet ex iis, quae habet Bachov. *ad Treutl. Vol.* I. *Disp.* 21. *Thes.* 6. *Lit. c. et d. p.* 803. (1).

(1) Sequitur in §. 2. *aut curator furiosi prodigive.* Non autem curatoribus minorum, qui sanae mentis sunt, eadem potestas in jure tribuitur. Vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 39. §. 4.

§. 3.

Procurator quoque quod detulit, etc.] Vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 12. *Def.* 38. (1).

(1) Add. Cujac. *ad Paul. Lib.* XVIII. *ad Edict. in expl. h. l.* et Schulting. *loc. modo cit.* §. 5. — In seq. *L.* 18. pro *nec postea reus*, etc. Hal. et Vulg. habent *ne postea* etc. et sic etiam Cod. Erlang. teste Gluck. *d. loc.* §. 799. *not.* 59. *p.* 257. *seq.* ubi pluribus de hac Lege egit. De phrasi *liquido jurare* vid. et Westerhov. *ad Terent. Andr. Act.* IV.

Scen. 3. *vſ.* 14. citat. a Trotz. *ad Hugon. de Prima ſcrib. orig. p.* 215. — In ſeq. *L.* 19. inter *ille* et *jusjurandum* Hal. inſerit *autem*. Auctor. *Obſ. Jur. Civ. Cap.* 19. *p.* 115. ope geminationis legit *at ille* etc.

L. XX.

Si peculii adminiſtrationem habuit.] Junge *L.* 22. *h. t.* (1).

(1) Conjunctim de his LL. egit Cujac. *ad Lib.* XVIII. *Paul. ad Edict.* add. Schulting. *Theſ. Controv. Dec.* 39. §. 3. et Bav. Voorda, *ad Prael. Jan. a Costa ad Illuſtr. quosd. tit. locaque ſel. Jur. Civ. p.* 166. *ſeq.* ubi late egit de quaeſtione, an, et quatenus ſervus jusjurandum deferens domino noceat. — In ſeq. *L.* 21. τὸ *et* non adeo antique ſuppletum eſſe, adeoque ſtellulis includendum, monet Brencm. *h.*

L. XXII.

Quidam etc.] Junge *L.* 20. *h. t.* (1).

(1) Add. notata inferius ad *L.* 5. §. 2. *de pecul.*

L. XXIV.

Religio,] Vid. *L. ſeq.* (1).

(1) Add. notata ſuperius ad *L.* 1. *h. t.* Pro *Libro* XXVIII. in inſcriptione Hal. habet *Lib.* XVIII. probante Cujacio, *ad Lib.* XVIII. *Paul. ad Edict. in expl. L.* 20. *et* 22. *h. t. in fin.* Pro *referentes* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diſſ.* XIII. §. 4. legit *deferentes*, et ſic quoque Vulg. Vid. Brencm. *h.* add. Noodt. *ad tit. Pand. de in lit. jurand.* vſ. *Ut abſolvam* etc. Sed *referentes* probat Cujac. *loc. modo cit. in expl. h. l.* add. Idem, *ad Lib.* XXXVII. *Paul. ad Edict. in expl. L.* 9. *rer. amotar.*

L. XXV.

L. XXV.

Propter religionem] Vid. *L. praec.*

L. XXVI.

Qui jurasse dicitur, nihil refert, cujus sexus, aetatisve sit: etc.] Inepte haec taxat Autumnus. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 495. (1).

Quamvis pupillus non videatur pejerare, quia sciens fallere non videatur (2).] Add. Carpzov. *Defin Forens. Part.* I. *Const.* 12. *Def.* 42. *seq.* et *Const.* 24. *Def.* 11. *seq.*

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* XVIII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 39. §. 6. Gluck. *hoc tit.* §. 793. *p.* 205. *seq.* et §. 799. *p.* 275.

(2) Vid. Cujac. *Obs.* I. 21. citatus quoque a D. Goth. *in not.* De constructione *τοῦ quia* cum Subjunctivo vid. notata superius ad *L.* 1. §. 4. *de justit. et jur.*

§. 1.

Et patri et filio dandam exceptionem jurisjurandi.] Jusjurandum igitur hic plus prodest, quam pactum. Vid. Cujac. *ad L.* 17. §. 3. et *ad L.* 23. *de pactis* (1).

(1) Add. Fineſtr. et de Monzalv. *in Hermogen. Jur. Epitom. Libb. Tom.* II. *p.* 943. *seq.*

§. 2.

Jurisjurandi conditio ex numero esse potest videri (1) *novandi, delegandive:* etc.] *Novandi*, si jurem te debere mihi, quod debet Titius. *Delegandi*, si, quod Titio debes, jurem te mihi debere. Vid. Cujac. *ad Lib.* XVIII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

Quia proficiscitur ex conventione:] Ut novatio, et delegatio.

Quamvis habeat et instar judicii.] *Accepti*, sive *litis contestatae*, ut *L.* 9. §. 3. *h. t.* Vid. Cujac. *loc. modo cit.*

(1) Non autem vera novatio est. Vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 39. §. 10. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 18. Huber. *Prael. ad tit. Inst. de action.* §. 15. Gluck. *d. loc.* §. 798. *not.* 65. *p.* 238. Minus recte dissentiunt alii, ut Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 40. et Ant. Faber. *in Ration. ad h. l.*

L. XXVII.

Jusjurandum etiam loco solutionis cedit.] Vid. *L.* 35. §. 1. *L.* 40. *h. t.* (1).

(1) Add. *L. seq.* §. 1.

L. XXVIII.

In (1) *duobus reis stipulandi, ab altero delatum jusjurandum etiam alteri nocebit.*] Ratio in seq. §. 1. (2).

(1) D. Goth. *in not. Al. duobus reis.* Praepositionem *in* omittit Hal. Vid. Brencm. *h.*
(2) Add. Cujac. *Obs.* XXII. 7. et *ad Lib.* XVIII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Des. Herald. *de Rer. judic. auctorit.* II. 21. §. 6. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1262.

§. 1.

Quod reus juravit, etiam fidejussori proficit.] Vid. *L.* 7. §. 1. *de exception.*

A (1) *fidejussore exactum jusjurandum, prodesse etiam reo*, etc.] Vid. *L. ult.* §. 1. *h. t.*

Non de persona iurantis ageretur.] Quod non fidejusserit. (2).

(1) Hal. *Item a fidejussore* etc. Vid. Brencm. *h.* Hoffman.

man. *Meletem. ad Pand. Diss.* XIII. §. 3. ope geminationis legit: *ita a fidejussore* etc.

(2) Add. Finestr. et de Monzalv. *in Hermogen. Jur. Epitom. Libb. Tom.* II. *p.* 943. et Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Negat igitur Praetor* etc. In ſeq. §. 2. Flor. legitur: *quod et in fidejussorem debiti distinguendum est.* Vulg. *in fidejussore*, probante Brencm. *h.* Sed pari modo in *L.* 3. §. 3. *h. t. quasi calumniae caussa ventris nomine fuerit in possessionem.* Ubi vid. notata. Hal. habet: *quod eodem modo et in fidejussore debiti* etc. Verba *et replicatione emendandum* ſuo loco mota eſse, et ponenda post verba: *prodesse debitori meo id non debet*, putat Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 3.

Ex duobus reis promittendi ejusdem pecuniae alter (1) *juravit: alteri quoque prodesse debebit.*] Ratio in *L.* 27. *h. t.*

(1) Hal. *si alter juravit* etc. Vid. Brencm. *h.* Hoffman. *loc. modo cit.* per ἀναδίπλωσιν legit: *juravit, id alteri* etc. add. de hoc §. Noodt. *d. loc.* Vſ. *Superiori* etc.

§. 4.

Si modo eadem quaestio etc.] Vid. D. Goth. *in not.* add. *L.* 5. *de except. rei jud.* et §. 5. *et* 7. *h. l.* (1).

(1) Add. Noodt. *d. loc.* Vſ. *Sequitur in Edicto* etc.

§. 5.

Quia aliud est furtum fecisse (1) etc.] Facit huc Plaut. *Epidic. Act.* I. *Scen.* I. *vſ.* 10. *Th. Minus jam furtificus sum, quam ante hac. Ep. Quid ita? Th. Rapio propalam.*

(1) Vulg. inſerit: *quam rapuisse.* Vid. Brencm. *h.* —

In seq. §. 7. Hoffman. *loc. modo cit.* pro *debet in actione rerum amotarum defendi*, ope geminationis, legit: *debet et in actione* etc.

§. 8.

Etiamsi ex stipulatu judicatum solvi ob rem judicatam conveniatur,] Non, si ex aliis stipulationis judicatum solvi clausulis. Vid. Cujac. *ad Lib.* XVIII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

Potest enim fieri, ut non sit commissa stipulatio,] Forte non interposita.

§. 10.

Posterior causa jurisjurandi potior habebitur.] Facit huc *L.* 27. §. 2. *de pact.* Vid. Cujac. *loc. modo cit.*

Nec tamen praejudicium etc.] Al. *nec tantum* etc. (1). Contrarius casus *L. seq.*

(1) Ita Hal. Vid. Gebauer. *h.* Saepius hae voces confunduntur. Vid. notata superius ad *L.* 2. §. 47. *de orig. jur. not.* 11. Verba *ex hac parte* in *pr. h.* §. abundare, observat Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XXIX.

Quod si juravi te deferente, etc.] Vid. *L. praec. in fin.*

Et (1) *adversus utilem actionem* etc.] Vid. *L.* 13. §. 1. *h. t.*

(1) Τὸ *et* apud Hal. abest. Vid. Gebauer. *h.*

L. XXX.

Abunde enim sufficere, exonerare petitorem etc.] Hinc pariter volunt, victum jurejurando in expensas non condemnandum. Vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 31. *Def.* 31. Faber, *in Cod. hoc. tit. Def.* 1.

Nisi

Nisi per id non plene sit victus. Idem, *in Cod. Lib.* VII. *Tit.* 18. *Def.* 60. Vid. distinguentem Grivell. *Decis. Dol.* *Dec.* 10. et Mev. *Decis. Part.* VI. *Dec.* 39. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 19. *Error.* 6. et de jurejurando judiciali, *Error.* 7. (1).

Sed jusjurandum actoris conservari.] Juxta naturam cujusque actionis. Vid. *L.* 13. §. 3. *et* 5. *h. t. L.* 7. §. 7. *de Publ. in rem act.*

(1) Add. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. hoc. tit.* §. 805. *p.* 340. *seqq.* et §. 812. *p.* 395. *seq.* et auctores ibi laud. Verbum *crescit* in initio h. l. Graeci vertunt διπλασιάζεται, *duplatur.* Vid. Leunclav. *Notator.* II. 37. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1513. Ceterum, putant nonnulli, actionem dupli adhuc competere, si actor, omissa actione ex jurejurando, onus probandi velit in se suscipere, uti Cujac. *ad Lib.* XVIII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* et Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. Tom.* I. *p.* 358. Sed vid. Gluck. *d. loc. tit. de Judiciis,* §. 501. *not.* 76. *p.* 187. et auctores ibi citatos.

§. 1.

Nisi ex caussa furtiva,] Vid. *L. ult. de condict. furtiv.* (1).

(1) Sequitur: *vel propter moras.* Ita Flor. Hal. *moram.* Vid. Gebauer. *h.*

§. 5.

Si juravero usumfructum etc.] Facit huc *L.* 13. §. 3. *et* 4. *h. t.*

L. XXXI.

Admonendi sumus etc.] Triboniano hanc Legem adscribit Ant. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 19. *Error.* 1. *seqq.*

Ex integro caussam agere,] Tanquam sententia non valente. Facit huc *L.* 25. *de dol. mal.* ut et *tit. Cod. si ex fals. instrum.* add. Donell. *ad L.* 3. *Cod. de reb. cred.* et *in Comm. Jur. Civ.* XXIV. 19. *fin.* ibiq. Hilliger. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 15. *Def.* 5. Mev. *Decis. Part.* I. *Dec.* 13. (1).

Si quis nova instrumenta se invenisse dicat, quibus nunc solis usurus sit.] Haec egregie enucleat Faber, *d. loc. Error.* 5. *num.* 9.

Solent enim saepe Judices in dubiis caussis, etc.] Vid. LL. Wisigoth. II. 22. Merend. *Controv. Jur.* X. 45. (2).

Quod si alias inter ipsos etc.] Latius haec accipit Faber, *d. loc. Error.* 5. *num.* 7. *seqq.* et quaedam captat. (3).

(1) Vid. et Cujac. *Obs.* XVIII. 35. et Gluck. *d. loc. hoc tit.* §. 798. *b. p.* 251. *seqq.*

(2) Quae *caussa dubia* habenda sit, varie definitur ab Interpp. Vid. Donell. *ad L.* 3. *cod. de reb. cred.* Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 40. §. 7. Noodt. *Probab.* III. 6. et *ad h. t. Pand.* Vs. *Exposito jurejurando* etc. Brenćman. *de Legum inscript.* §. 29. in *Jurispr. restit.* Wieling. *p.* 175. Bronchorst. *Enantioφ. Cent.* II. *Assertion.* 93. Vinn. *Sel. Quaest.* I. 44. Gluck. *d. loc.* §. 811. *p.* 374. *seqq.* qui etiam alios laudat, et *ibid. p.* 372. *seqq.* et *p.* 380. *seqq.* late disquirit, an jusjurandum *suppletorium* et *purgatorium*, ut vocant, jam Jure Romano receptum fuerit, citatis etiam ab utraque parte auctoribus.

(3) *Retractare* notat iterum examinare. Vid. Trotz. *ad Hugon. de Prim. scrib. orig. p.* 551. add. Brisson. *de V. S.* in voc. Hal. in margine ad hoc verbum notavit: *alias restaurare.* Vid. Gebauer. *h.* — Ad seq. *L.* 32. vid. van Nispen, *Diss. ad Modestin.* IX. *Libb. Different. Cap.* 4. in Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 34. *seq.*

L. XXXIII.

Qui per salutem suam jurat, etc.] D. Goth. *in not.* Ju-

Jurabant per salutem suam quoque Veteres. etc. *Religiosissimum vero erat parentum jusjurandum, ut superstites filios relinquerent,* etc. Tanquam per votum scilicet, per quod jurare olim in more. Vid. Valef. *ad Amm. Marcellin. Lib.* XXIV. *p.* 397. *seq.* Dio, *Lib.* L. *p.* 422. Lucian. *Cataplo*, *p.* 430. Quinctil. *Declam.* XII. *p.* 257. add. exemplum apud. Jac. Gothofred. *ad L.* 4. *Cod. Theod. de accusation.* [*Tom.* III. *p.* 9.] Sozom. *Hist. Eccles.* VII. 19. ubi Valef. Chrysost. *de Statuis*, XX. *p.* 598.

Licet per Deum jurare videtur. (1)] Et servare id debet. *L.* 5. §. 1. *h. t.* Vid. *Cap.* 26. *X. h. t.* Grot. *de Jur. Bell. ac Pac.* II. 13. §. 11. Matth. *de Criminib. Lib.* XLVII. *Tit. ult. Cap.* 1. *num.* 4. (2).

(1) Add. Grotium, *in Flor. Sparsion. ad h. l. p.* 153. Hal. *videatur.* Sed vid. notata superius ad *L.* 31. *de Legib: not.* 2. in fin.

(2) Vid. et Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thef. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1355. et Raevard. *Varior.* V. 5.

L. XXXIV.

Non erit tutus per relationem: etc.] Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vf. *Similis observatio* etc. (1).

(1) Add. Barclaj. *ad L.* 6. *h. t.* in Thef. Otton. *Tom.* III. *p.* 930. *seq.* De verbo *certiorare*, quod sequitur, vid. notata superius ad *L.* 20. §. 11. *de hered. petit.* Basil. *Tom.* III. *p.* 128. habent: ἐπὶ τῷ ἀκριβῶσαι, *ad rem accurate expendendam.* Vid. Brencm. *h.* Additur in seq. §. 2. *Pupillo non defertur jusjurandum.* Scil. hoc cum effectu, ut cogatur illud praestare, vel referre. Vid. Huber. *in Praelect. ad h. t. Pand.* §. 10. Noodt. *ad eund. tit.* Vf. *Igitur ut* etc. Gluck. *d. loc.* §. 793. *p.* 206. ubi etiam alios laudat, et §. 799. *p.* 276. add. notam Schulting. *ad praec. L.* 13. *pr.*

§. 4.

§. 4.

Hoc jusjurandum de calumnia neque patrono, neque parentibus remittitur.] Giphan. *ad L.* 2. *Cod. de jurejur. propter calumn. p.* 130. haec et §. *seq.* adscribit Triboniano, respicienti ad *d. L.* 2. §. 4. *Cod.* et *Nov.* 49. *Cap. ult.* ut fecit *L.* 44. §. 4. *fam. ercisc.* Sed jusjurandum hoc longe ab illo diversum, adeoque intolerabilis foret haec Triboniani ἀβλεψία. add. Bynkersh. *Obs.* VII. 9. (1). Verba *de calumnia* delet Reinold. *ad Mercer. Conciliator. Cap.* 3. *not.* 90. *p.* 70. ut repetitum ex praecedentibus, et exponit hoc ex *L.* 14. *h. t.* Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Pergit Praetor* etc. ait, Edicti verba neminem excipere, licet aequitas hoc faciat. (2). Hal. *aeque patrono et parentibus.* Vid. D. Goth. *in not.* (3). Facit huc *L.* 14. *h. t. L.* 8. §. 5. *qui satisd. cog.* Leonin. *Emendat.* V. 20. *aeque patrono parentibusque* (4).

(1) Vid. et Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 40. §. 3. et Gluck. *d. loc.* §. 809. *p.* 365. Praecedit in Lege: *deinde sic ei jurabitur.* Ubi τὸ *sic* explicandum per *tunc*, aut potius abundare, monet Bynkersh. *Obs.* I. 23. in fin.

(2) Aliter Meyer. *in Colleg. Argentor. hoc tit.* §. 16. qui τὸ *remitti* explicat per *referre*: quod maxime arridet T. J. A. Pagenstecher. *Spec. de Violent. emendat. in Jur. Civ. non admitt. Cap.* 3. *p.* 102. Aliter rursus Forner. *Selection.* II. 4. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 50. exceptionem statuens in *d. L.* 34. Aliter iterum Wieling. *in Praetermiss. ad Labitt. et Schmucc. p.* 211. *seq.* qui *d. L.* 34. intelligit de casu, quo nulla in ipsa caussa adest fraudis vel doli suspicio, sed unice de rei agitur veritate: cui adsentitur Adr. Heckenhoek. *Spec. contin. sel. quaed. in Jur. publ. et civil. observat. Sect.* II. §. 7. Lugd. Batav. 1746. Sed has interpretationes examinaruut Otto, *in Praef. Tom.* II. *Thes. Jur. p.* 15. et Eckhard. *in Herm. Jur.* I. 7. §. 283. ibiq. Walch. Aliter etiam Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4.

§. 4.

§. 4. *p.* 202. *seq.* et Jo. Gotfr. Sammet. *Opusc. p.* 32.

(3) Sic edidit quoque Pothier. *Pand. Justin. hoc tit. num.* 28. et legit etiam Schulting. *Thes. Controv. d. loc.* addens ita quoque habere Codicem MS., quem vidit Charond., et affirmative locum hunc etiam versum esse in Basilic.

(4) Sic habuisse Vulg. et Steph. ante Hal. notat Brencm. *h.* addens in ipso Cod. Flor. secundum illud *neque* jam pridem uncis inclusum esse, adjecto *que* ad *parentibus*. Pari modo etiam legi in Cod. Pand. Erlang. testatur Glück. *Ausf. Erl. der Pand. tit. de justit. et Jur. p.* 236. et *hoc tit.* §. 809. *p.* 367. eamque lectionem probat quoque Cujac. *ad Lib.* III. *Paul. ad Edict. in expl. L.* 14. *h. t. Aeque patrono atque parentibus* Accurs., probante Otton. *loc. modo cit.* Eckhard. *d. loc.* et I. 2. §. 51. ibiq. Walch. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 297. *seqq.* Val. Guil. Forster. *de Juris interpr.* I. 2. *num.* 14. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 961. Leunclav. *Notator.* II. 37. in eod. Thes. *Tom.* III. *p.* 1513. Glück. *d.* §. 809. *p.* 367. *seq.* qui etiam alios laudat. *Aeque* legit quoque Hopp. *ad Prooëm. Instit.* §. 2. *in fin.* Mercer. *loc. modo cit. aeque patrono, aeque parentibus.*

§. 5.

Conceptio ejus in arbitrio judicantis est.] Vid. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* I. *Const.* 15, *Def.* 9. Fab. *Cod. tit. de reb. credit. Def.* 10. (1). Pro *in arbitrio* Flor. et Char. *arbitri*, id est, *arbitrii* (2).

(1) Add. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 13.

(2) *In arbitrio* Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* De voce *juramenti* vid. Const. Land. *Exercitat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1415. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Igitur ut subducamus* etc. Conrad. *Parerg. p.* 524. et de voce *conceptio* vid. Duker. *ad Flor.* IV. 12. 15. *p.* 867.

§. 6.

§. 6.

Solvere, aut jurare cogam.] Vid. *L.* 28. §. 2. *de judic. L.* 9. *Cod. de reb. cred.* Excepti tamen Flamines Diales, et Virgines Vestales. Vid. Gell. *Noct. Attic.* X. 15. in fin. — Jusjurandum necessarium igitur et *in jure* deferri potest. Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 11. *Inst. de action.* Imo hic tantum, non vero *in judicio* id fieri potuisse, putat Bachov. *ad Treutler. Vol.* I. *Disp.* 21. *Thes.* 9. *Lit. c. p.* 817. *seq.* (1). Quod in Judiciis Centumviralibus tamen non ita se habuit. Vid. Senec. *Praef. Lib.* III. *Controv.* et Sueton. *de Claris Rhetor. Cap.* 6. Sed de ordinariis judiciis maxime videtur sensisse Bachovius, eoque refer Plaut. *in Radent. in Prolog. vs.* 14.

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 40. §. 1. Ad seqq. verba: *si non jurat* etc. vid. Gluck. *d. loc.* §. 802. *not.* 84. *p.* 360. *seq.* ibique cit. Ferd. Aug. Hommel. *Diss. de Poena jurare nolentium.* Lips. 1748.

§. 7.

Datur autem et alia facultas reo, etc.] Add. Quinctil. *Inst. Orat.* V. 6.

Judicium ei Praetor non dabit:] Vid. Fab. *in Cod. tit. de reb. cred. Def.* 39. (1).

(1) Sequitur: *si conditionis, quam ipse detulit* etc. Hal. *si conditione* etc. et τὸ *sibi* omittit. Vulg. *si conditionis nomine*, etc. Vid. Brencm. *h.* Florentina recta. Τὸ *nomine* saepius supplendum. Vid. Duker. *ad Liv.* III. 56. §. 4.

§. 8.

Non semper autem consonans est, etc.] Fab. *Conject.* XVI. 12. hunc §. adscribit Triboniano; sed vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Igitur ut* etc.

For-

Forsitan ex diversitate rerum vel personarum, quibusdam emergentibus, etc.] Modo ad eundem finem tendant. Casus elegans apud Fab. *Cod. h. t. Def.* 19. (1).

Ideoque si quid tale inciderit, etc.] Haec Triboniano adscribit quoque Bachov. *ad Treutler. Vol.* I. *Disp.* 21. *Thes.* 9. *Lit. c. p.* 818. Sed non probat. (2).

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*
(2) De voce *conceptio* vid. notata ad praec. §. 5.

§. 9.

Cum res in jusjurandum etc.] Hunc etiam §. Triboniani esse, censet Jan. a Costa, *ad* §. 11. *Inst. de action.* (1).

(1) Vid. et Bachov. *loc. modo cit.* et Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 40. §. 1. *in fin.* et *ad Paul. Sent.* V. 32. §. 1. *not.* 2. *in fin.* in *Jurispr. Antejust.* *p.* 530.

L. XXXV.

Tutor pupilli, omnibus probationibus aliis deficientibus (1), etc.] Vid. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* I. *Const.* 14. *Def.* 12. et an ipsi referri queat, *ibid. Def.* 13.

Quandoque enim] *Quandoquidem* legit Herald. *de Rer. judic. auctorit.* II. 21. §. 7. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1262.] (2).

(1) Hinc colligunt, etiam eum, qui nihil probavit, jusjurandum necessarium recte deferre. Vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 40. §. 2. add. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 12. et quos plures citat Gluck. *d. loc.* §. 800 *not.* 40. *p.* 285. In inscriptione Legis pro *Lib.* XXVIII. Hal. habet *Lib.* XVIII. probante Cujac. *ad Lib.* XVIII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*
(2) Basilic. *Tom.* III. *p.* 129. habent: Τότε γὰρ ἀποκλείει τῷ ἀνήβῳ, *tunc enim agenti pupillo actio denegatur.* add. Gluck. *d. loc.* §. 799. *not.* 61. *p.* 259. *seq.*

§. 1.

§. 1.

Sive pro solutione,] Vid. *L.* 27. et *L.* 28. §. 1. *h. t.*

§. 2.

Qui non compelluntur Romae judicium accipere, etc.] Vid. *L.* 28. §. 2. *de judic.* et vid. ad *L.* 38. *h. t.*

L. XXXVI.

Exceptio cessabit,] Facit huc *L.* 28. §. 4. *seqq. h. t.*

L. XXXVII.

Consequens est, ut debeat denegari ei actio:] Vid. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* I. *Const.* 12. *Def.* 28. (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* V∫. *Pergit Praetor* etc.

L. XXXVIII. (1).

Nec jusjurandum referre.] Necessarium scil. Nisi sit casus, quo quis non cogitur judicium suscipere, ut *L.* 14. §. 1. *Cod. de non num. pec.* add. Sande, *Decis.* I. 11. *Def.* 1.

(1) Cujac. *ad Lib.* XXXVII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* jungit *L.* 9. *rerum amotar.* — Ad seq. *L.* 39. vid. Cujac. *ad Julian. Lib.* X. *Digest.* Perperam enim in edit. S. van Leeuwen haec Lex inscribitur: *Julianus Lib.* XXX. *Digestorum.*

L. XL.

Est enim hoc acceptilationi *simile.*] *Solutioni L.* 27. *h. t.* (1)

(1) Add. Cujac. *ad Julian. Lib.* XIII. *Digest. in expl. h. l.*

L. XLI.

L. XLI.

Labeo, etiam absenti, etc.] Raevard. *Varior.* V. 2. Legem hanc accipit non de delato, sed de jam praestito jurejurando. Minus bene. Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Deinde ait Praetor* etc. (1).

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XLII.

Pupillus juravit, se dare non oportere: etc.] Vid. *L.* 28. *pr. h. t.*

Et convenit, ut ab omni conditione *discederetur*, etc.] *contentione* (1), et sic quoque mox, legit P. Faber, *Semestr.* II. 16. et III. 24.

Et soluta pecunia repeti poterit.] Sed, an ea non poterit repeti vel absque hoc jurejurando. Vid. *L.* 41. *de condict. indeb. L.* 59. *de oblig. et act.* Sed pone pupillum, vel alium per errorem eam solvisse.

Ab omni conditione *discederetur*:] *Contentione*, P. Faber. Vid. supra.

(1) Sic quoque Vulg. Vid. Brencm. *h.* — In seq. §. 1. pro *se dare non oportere* Hal. perperam habet: *se dare oportere.* Vid. Ant. Augustin. *Emendat.* IV. *ult.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1555. et Jauch. *de Negation. Pand. p.* 93. *Atquin* hic dici pro simplici *at*, seu *tamen*, *attamen*, notat Jac. Gothofred. *Diss. de Elect. mag.* etc. in ej. *Oper. Minor. p.* 530. In §. 2. pro *cujus nomine jurandum fuerit* Hal. edidit *juratum fuerit*, et sic rescribendum, dicit Brencm. *h.* Et in §. 3. pro *fidejussor tutus sit* Hal. habet *tutus sit.* Vid. Geb. *h.*

TITULUS III.

DE IN LITEM JURANDO.

Cicero *jurare in litem* videtur accipere pro *jurejurando in judicio praestito asserere.* (1).

(1) Secundum Ernest. *in Clav. Cicer.* voc. *jurare*, Ciceroni *jurare in litem* est *sibi deberi jurejurando confirmare litis obtinendae caussa. Litem* hic significare *rem in judicium deductam*, notant Maran. *in Parat. ad h. t. Pand.* et Noodt. *in Comm. ad eund. tit. in pr.* *Rem in judicium deductam*, *vel id quod interest*, Cujac. *in Recitat. Solenn. ad h. t. Cod.* add. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. hoc tit.* §. 813. *not.* 92. *p.* 399. qui *ibid. p.* 398. *not.* 91. praecipuos, qui de jurejurando in litem egerunt, auctores laudavit. Non male illud dividi in jusjurandum *affectionis* et *veritatis*, docet Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 41. §. 1. add. Gluck. *d. loc. p.* 405. *fin. et seq.* qui etiam alios citat, et *ibid.* §. 816. *p.* 462. *seqq.* docet, jusjurandum affectionis non abrogatum esse per *L. unic. Cod. de sent. quae pro eo quod int.*

L. I.

Ulpianus Lib. LI. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 13. *de jurisdict. L.* 6. *de cap. minut. L.* 59. *de judic. L.* 55. *de re judic. L.* 179. *de V. S. L.* 37. *de reg. jur.* (1).

Rem in judicio deductam etc.] Noodt. *ad h. t. Pand.* in fin. casum ponit ex *L. ult. de fidejussor.* et *L.* 60. §. 1. *ad L. Falcid.* (2).

(1) Vid. Noodt. *loc. cit.*
(2) Sequitur: *quia crescere condemnatio potest ex contumacia* etc. Hal. *quia crescere poterit contumacia* etc. Vulg. *quia crescere ejus contumacia potest* etc. Vid. Brencm. et Geb. *h.*

L. II.

§. 1.

Veluti cum culpa *non restituentis*, etc.] Vid. *L.* 4. §. *ult. h. t.* (1).

(1) Sequitur: *cum vero dolus, aut contumacia* etc. Sub *dolo* etiam comprehendi *latam culpam*, docet Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 41. §. 6. *Dolum* autem et *contumaciam* non differre, putat Gluck. *d. loc.* §. 813. *not.* 5. *p.* 406.

L. III.

Nisi forte de eo quis juret, etc.] Vid. Ant. Fab. *Conjectur.* XVI. 6. §. 10. et, *de Errorib. Pragm. Dec.* XVII. *Error.* 9. putat, haec esse a Triboniano (1).

(1) Vid. de hac Lege quoque Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Nec difficile* etc. Pro *adnegata*, ut Flor. in fin. Legis scriptum est, Hal. habet *denegata*. Sed è septem Codicibus, quos consuluit, nullum *denegata* habere, sed omnes *abnegata*, testatur Brencm. *h. l.*

L. IV.

Idem Lib. XXXVI. *ad Edictum.*] Ubi de *actione tutelae* egit.

Si impubes est,] *Si*, id est, *quia*, juxta nonnullos ad *L.* 122. §. 4. *de verb. oblig.* (1).

Sed ad domini, cujus nomine tutelae ratio postuletur.] Ab ipsis curatoribus, si quid male egerint.

(1) Vid. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 44. in fin. add. Alciat. *Parerg.* IX. 15. Alii hoc loco, quemadmodum et alibi, *pupilli* nomine etiam *puberem* contineri, censent. Vid. Finestr, et de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 267. Sequitur: *vel matrem pupilli admittendam.* Ratio, quoniam mater non erat domina litis, nec tempore

Ulpiani tutrix esse poterat. Vid. Gluck. *d. loc.* §. 814. *not.* 97. *p.* 451.

§. 2.

Jurare autem in infinitum *licet.*] Id est, *indefinitum.* add. *L.* 68. *de reivind.* (1).

Sed, an Judex modum jurijurando etc.] Haec omnia Fab. *in Ration. ad h. l.* et *de Errorib. Pragm. Dec.* XVIII. *Error.* 4. *et* 9. et *Conjectur.* VI. 17. Triboniano adscribit: contra quem disputat Huber. *Eun. Rom. p.* 497. *seq.* Vid. et Vinn. *Sel. Quaest.* I. 45. et Bachov. *de Action.* VII. 13. (2).

Idem possit et taxationem *jurijurando adjicere,*] Vid. *Nov.* 53. *Cap.* 1. *L.* 3. §. 2. *ad exhibend. L.* 18. *de dolo malo.* Facit huc Festus, voc. *Taxat.*

(1) Et Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 41. §. 8.
(2) Vid. et Schulting. *loc. modo cit.* Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Jurat igitur* etc. Gluck. *d. loc.* §. 817. *p.* 467. *seqq.*

§. 3.

Item videndum, an possit Judex, qui detulit jusjurandum, etc.] Per interlocutionem.

Et magis est, ut — possit.] Vid. *L.* 5. §. 2. *h. t.* Donell. *Comm. Jur. Civ.* XXVI. 11. adeoque opus non est, ut taxatio jusjurandum praecedat, ut male putat Carpzov. *Definit. Forens.* Part. I. *Const.* 23. *Def. ult.* (1).

(1) Jurijurando affectionis ob *culpam levem* locum non esse, ex seq. §. 4. aliisque locis recte colligunt Schulting *Thes. Controv. Dec.* 41. §. 6. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Obtinet igitur* etc. aliique. Vid. Gluck. *d. loc.* §. 815. *p.* 455. *seqq.*

L. V.

L. V.

Et in bonae fidei *judiciis in litem juratur.*] Non *strictis*, et quando in bon. fid. judiciis, non definit. Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Postremo ait Marcianus* etc. (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 41. §. 3. *seqq.* In quibus actionibus jusjurandum in litem affectionis locum habeat, late quoque disquirit Gluck. *d. loc.* §. 813. *p.* 415. *seqq.* qui etiam alios laudat. add. Maran. *in Parat. ad h. t. Pand.*

§. 1.

Sed Judex potest praefinire etc.] Vid. *L.* 4. §. 2. *h. t.* Hunc §. et sequentem a Triboniano esse, vult Ant. Faber. Dissentit Huber. *Eun. Rom. p.* 498. *seq.* (1).

Licuit enim et a primo nec deferre.] Exstante re, quo casu adhibere potest remedium *L.* 68. *de reivind.* Vid. Duaren. *ad h. t. num.* 29. *A primo*, id est, ab initio. Sic Cicero, *de Finib.* IV. 13. ubi vid. Gronov. (2).

(1) Vid. et Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 41. §. 9.
(2) Add. Duker. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

§. 2.

Licet Judici vel absolvere, vel minoris condemnare.] Vid. *L.* 4. §. 3. *h. t.* (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 41. §. 9. — In seq. §. 3. in verbis: *haec enim Judex aestimat*, Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Obtinet igitur* etc. pro *haec* legit *hanc*. Sed vid. Marckart. *Interpr. rec. Lect. Jur. Civ.* I. 20. §. 4. *p.* 134. et Gluck. *d. loc.* §. 815. *not.* 6. *p.* 456.

§. 4.

Plane interdum et in actione stricti judicii *in litem ju-*

randum est; etc.] Idem in bonae fidei actione. Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 17. *Error.* 6. *Error.* 8. *num.* 4, et *Error.* 10.

Quia Judex aestimare, sine relatione jurisjurandi, etc.] Sic *L.* 4, §. 1. *de act. emt. vend.* *Relatione*, id est, *delatione.* Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Ut absolvam* etc. (1).

(1) Add. Gluck. *d. loc* §. 813. *p.* 425. et §. 814. *p.* 445. *Delatione* habent Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* — De seq. *L.* 6. vid. Cujac. *ad Lib.* XXVI. *Paul. ad Edict. in expl. L.* 12. §. 5. *ad exhib.* et de seq. *L.* 7. vid. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 3. et Gluck. *d. loc.* §. 814. *p.* 447. *seq.* ubi etiam monet, vocem *denique* hoc loco accipiendam esse sensu *ideo.* Conf. notata superius ad *L.* 1. *comm. divid.* et *L.* 3. §. 15. *ad exhib.*

L. VIII.

Respondi: non est aequum, pretio etc.] Vid. *L.* 8, §. 1. et *L.* 9. *rerum amot.* et *L.* 25. §. 1. *solut. matrim.* (1).

Potestate petitori in litem juranti concessa.] An *jurandi* (2).

(1) Praecedit: *utrum — condemnari debet?* Hal. *debeat.* Sed vid. notata superius ad *L.* 2. §. 2. et ad *L.* 52. §. 1. *ad L. Aquil.*

(2) Sic legitur in Corp. Jur. Geb. et Spang. Taurell. edidit *juranTi.* Ex vicinitate literarum *T.* et *D.* gerundia in *di* saepe posita reperiri pro Dativo Participii Praesentis, et vicissim, exemplis docuit Best. *de Rat. emend. Leg. Cap.* 1. §. 3. *num.* 10. *p.* 15.

L. IX.

Cum furti agitur, etc.] *Actione furti.* Ant. Fab. *Conject.* XVI. 11. *num.* 15. et *de Errorib. Pragm. Dec.* 17. *Error.* 3. *num.* 12. et *Error.* 5. et *Error.* 6. *num.* 16.

Matth.

Matth. *de Criminib. Lib.* XLVII. *Tit.* 4. *Cap.* 3. *num.* 1. (1). De *condictione furtiva* legem hanc intelligit Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 92. *Error.* 8. *num.* 5. et *de Action.* V. 10. *p.* 179. (2).

(1) Item Vinn. *Partition. Jur.* IV. 23. et Voet. *ad h. t. Pand.* §. 1. add. Calder. *Var. Lection.* IV. 1. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 651. et Gluck. *d. loc.* §. 813. *p.* 419. *et p.* 426.

(2) Item Balduin. *in Jurispr. Mucian.* in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 553. Labitt. *in Usu Indic. Pand. Cap.* 4. §. 1. in *Jurispr. Restit.* Wieling. *Part. Posterior. p.* 72. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 45. Finestres. *in Hermogenian. Tom.* I. *p.* 615. aliique. De utraque hac actione Legem intelligunt van de Water, *Obs. Jur. Rom.* III. 4. *p.* 265. *seqq.* et Wieling. *in Praetermiss. ad Labitt. et Schmucc. p.* 225. — Ad seq. *L.* 10. vid. Merill. *ad Lib.* I. *Quaest. Callistr.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 618. *seq.*

L. XI.

De perjurio ejus, qui ex necessitate juris etc.] Vid. Vinn. *Sel. Quaest.* I. 45. (1).

Quaeri facile non solere.] Aliud, an non modum excesserit. Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* circa fin.

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 41. §. *ult.* et Gluck. *d. loc.* §. 814. *p.* 454. Pauca tantum ad hanc Legem notavit Cujac. *ad Lib.* III. *Paul. Responsor.*

TITULUS IV.

DE CONDICTIONE CAUSSA DATA CAUSSA NON SECUTA.

Basil. *Lib.* XXIV. *Tit.* 1. *περὶ ἀπαιτήσεως πράγματος δοθέντος, πράγματος μὴ παρακολουθήσαντος.* Non recte inscriptionem explicat Donell. *Comm. Jur. Civ.* XIV. 26. *fin.* Al. *de condictione caussa dati* etc. (1). Facit huc *L. ult. h. t.*

(1) Vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 42. §. 1. Noodt. *ad h. t. Pand. in pr.* nullo sensu hunc titulum ita inscribi ait, et legere mavult *sub caussa dati*, yel *ob caussam dati*. Sed vid. Schulting. *d. loc* qui rem bene exposuit. Add. Gluck. *Ausf. erl. der Pand. hoc tit.* §. 820. *not.* 24. *p.* 10. Egit de hac condictione Ios. Fern. de Retes, *Opusc.* II. 2. *Cap.* 1. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 118. *seqq.* alios etiam citat Gluck. *d. loc. not.* 22. *p.* 9. Unde nascatur, variant Interpp. Vid. Schulting. *d. loc.* §. 2. et Gluck. *d. loc.* §. 822. *p.* 25. *seq.*

L. I.

§. 1.

Si parendi conditioni caussa, etc.] Frustra Autumnus, et alii hoc carpunt. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 499. *seq.* (1).

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.* et Gluck. *d. loc.* §. 821. *not.* 31. *p.* 17. *seq.* Ad seq. *L.* 2. vid. Finestres. et de Monzalv. *in Hermogen. Tom.* I. *p.* 434. *seqq.*

L. III.

L. III. (1)

(1) Ad *pr. h. l.* vid. Ant. Fab. *in Ration.* citat. a Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 42. §. 6. et de Retes, *loc. modo cit. Cap.* 1. §. 12. *p.* 120. *Quasi decidi*, id est, perinde est ac si transegissem. Vid. D. Goth. et Pothier. *in not. ad h. l.* Hal. habet *qua quasi* etc. quod probat Gebauer. *h.* Porro pro *ut ne eatur* etc. Hal. habet *ut non eatur* etc. Sed pari modo scriptum in *L.* 13. §. 2. *de jurejur.* ubi vid. notata.

§. 2.

Aut si me poeniteat (1) condicere possum.] Vid. *L.* 5. §. 1. *h. t.*

(1) Flor. *paeniteat*, et sic passim ibi scribitur. Vid. Brisson. *de V. S.* in voc. De qua scriptura vid. Cellar. *de Orthograph. Latin. Tom.* II. *p.* 315. voc. *poena.* Verba *possum condicere*, priore loco posita, apud. Hal. absunt. Vid. Gebauer. *h.*

§. 3.

Inhibenda erit repetitio, nisi (1) paeniteat:] Hinc restringe *L.* 19. *pr. de reb. cred.* (2).

Si minus, cessare.] Vid. *L.* 5. *pr. et* §. *ult. h. t.* Scil. cum coepit interesse accipientis, ut *d L.* 5. *pr. et* §. *ult.* et de tali casu agitur etiam seq §. alioquin possit repetere, non, ut non secuta caussa, sed ex capite poenitentiae (3). Neque sic opus est dicere, sententiam Proculi hic tantum referri, non probari, ut volunt, quos citat Wissenbach. *in Disp. ad tit. Pand. de rer. permutat.* §. 5.

(1) Hal. et Vulg. inserunt *me.*
(2) Ad quam vid notata.
(3) Conf. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 42. §. 8. *seqq.* Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Igitur*, *ut* etc. et *Probab.* IV. 5. §. 2. Voet. *ad eund. tit.* §. 4. et Zoes. *ad*

ad eund. tit. §. 5. Varias Interpretum distinctiones recenset Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 3. add. Gluck. *d. loc.* §. 823. *p.* 37. *seqq.*

§. 4.

Ultro tibi competere actionem,] Ad quid, vid. *L.* 5. *pr.* et §. *ult. h. t.*

Quae ex hoc contractu nascitur, id est, condictionem,] Haec verba non reperiuntur in textu Basilic, quae tantum habent: ἐνάγομαι καὶ ἀποθανόντες αὐτοῦ. Schol. tamen Basilic. mentionem faciunt κονδικτικίου, et revera competit *praescriptis verbis actio*, ut et notat Vinn. *de Pactis*, *Cap.* 6. *num.* 7. Sed nodum non solvit. Vereor, ne interpolatus sit textus: dicitur tamen actio praescriptis verbis *incerti condictio* in *L.* 19. §. *ult. de precar.* Ceterum, a mala manu esse verba *id est, condictionem*, censet quoque Huber. *Eun. Rom. p.* 503. (1) Chesius, *Different. Jur. Cap* 51. [in Jurispr. Rom. et Att. *Tom.* II. *p.* 786.] putat, hoc placuisse per interpositam stipulationem, indeque agi posse condictione certi.

(1) Et Cujac. *in Recit. ad L.* 5. §. 2. *de praescript. verb.* consentiente Schulting. *in Thes. Controv. Dec.* 74. §. 5. et Pothier. *in not. ad h. l.* Sed tuetur haec verba J. G. van Wachendorff. *Diss. de Pact. nud. Cap.* 2. §. 4. in ej. *Triad. Diss. p.* 455. *seqq.* add. Gluck. *d. loc.* §. 823. *not.* 89. *p.* 41.

§. 5.

A Domitia, Neronis filia.] *Amita.* Tacit. *Annal.* XIII. 19. *et* 27. ubi Lipsius hic legi vult *amita*, vel *consilio*. Cujac. *Obs.* XVIII. 23. errorem Ulpiani dicit. (1).

Repetisse (2) per Judicem.] Recte; alia quaestio, an prius judicium justum fuerit? quod negat Tacit. *Annal.* XIII. 27. add. Huber. *Eun. Rom. p.* 503. *seq.*

(1) Alii aliter. Vid. Otton. *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 11. Majanſ. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 239. et Gebauer. *in not. ad h. l.*

(2) Pro *repetiisſe*, pari modo, ut *petit* pro *petiit*. Vid. notata ſuperius ad *L.* 3. *de his qui not. infam.* et ad *L.* 16. §. 2. *de hered. petit.* item *exisſe*, *perisſe*, *redisſe* etc. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* XXVII. 19. §. 10.

§. 7.

Quamquam conſtet, ut et ipſe ait, eum, qui dedit ea ſpe, etc.] Facit huc *L.* 25. *Cod. de transaction.* (1).

(1) Add Schulting. *Theſ. Controv. Dec.* 42. §. 4. Noodt. *ad h. t. Pand.* vſ. *Igitur ut* etc. Explicuit hunc §. Majanſ. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 238. *ſeqq.* De voce *deceptum* in fin. §. vid. Herald. *Obſ. et Emend. Cap.* 23. in Theſ. Otton. *Tom.* II. *p.* 1339.

§. 8.

Subtilius (1) *quoque illud tractat*, etc.] Junge praecedentia, et ſequentia.

Nam et cum tibi nummos meos, quaſi tuos, do, non facio tuos,] Facit huc *L.* 25. *de adq. rer. dom.*

Siquidem peculiares dedit, etc.] Facit huc *L.* 53. *de condict. indeb.*

(1) Flor. *ſuptilius.* add. Cellar. *de Orthogr. Latin. Tom.* I. *p.* 50. *ſeq.*

§. 9.

Si tamen vult heres nummos ſalvos facere.] Quantum ſpectat ſervum.

Sed is, quem testator etc.] Triboniano hanc limitationem tribuit Ant. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 26. *Error.* 2. *num.* 15. et *Conjectur.* VIII. 17. Disſentit Huber. *Eun. Rom. p.* 504. *ſeq.* Sed vid. et *L.* 18. §. 2.

fam. ercisc. et Ches. *Different. Jur. Cap.* 74. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 842. *seqq.*] qui tamen non satisfacit. add. *L.* 110. *de cond. et dem.* (1). Fabri opinio videtur probabilior.

(1) Et Pothier. *in Pand. Justin. Tit. de Cond. et Demonstr. num.* 115. — Ad seq. *L.* 4. vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Primum oportet* etc. et Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 42. §. 5.

L. V.

Si pecuniam ideo acceperis, etc.]. Frustra haec carpit Autumnus. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 506. *seq.*

Nisi forte sua intersit, etc.] Quo refer. *L.* 3. §. 3. *h. t.* (1).

Ut necesse habeas proficisci,] Civiliter hoc est accipiendum, et pone, quod jam condixerit alicui, se ibi adfuturum. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 505. *seq.* ubi disputat contra Fabrum, qui sine caussa ubivis hic manum Triboniani accusat. (2).

(1) Ad quam vid. notata.
(2) Vid. et de Retes. *Opusc.* II. 3. *Cap.* 3. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 149.

§. 1.

Si servum quis tradiderit etc.] Faber, *in Ration.* haec Triboniano adscribit. Sed vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 507. *seq.* qui putat, non hic tantum, sed et *L.* 30. *mandat.* inter dantem et accipientem mandatum non esse. (1).

Plane si non manumiserit, Constitutio *succedit*, etc.] Vid. *L. ult. de serv. exportand.* (2).

(1) Add. de Retes, *loc. modo cit. Cap.* 4. §. 2. *seq. p.* 150. *seq.* De verbo *certiorare* vid. notata superius ad *L.* 34. *pr. de jurejur.*
(2) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 2.

§. 2.

Item si quis dederit Titio etc.] Et hic in Tribonianum invehit Faber, putans, esse hic mandatum. Male. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 509. *seq.* (1).

(1) Add. de Retes, *d. loc.* §. 5. *seq. p.* 151. *seq.* De verbo finali *restituiri*, ut Flor. scriptum est, vid. Brencm. *h.* et notata superius ad *L.* 6. *pr. de usufr. ear. rer.* etc.

§. 3.

Sed si accepit pecuniam etc.] Et hic mandatum esse putat, et multa reprehendit Faber. Temere. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 511. *seq.* (1).

(1) Add. de Retes, *d. loc.* §. 7. *seqq. p.* 152. Ranchin. *Var. Lect.* III. 8. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 959. hic quoque admittit distinctionem Proculi in *L.* 3. §. 3. *h. t.*

§. 4.

Sed ubi accepit, ut manumitteret, etc.] Et hic Tribonianum accusat Faber. Male. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 513. *seq.* (1).

(1) Add. de Retes, *d. loc.* §. 11. *p.* 152. *seq.* et Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 42. §. 9. De verbo *refundere* vid. Bynkersh. *Lib. Sing. ad L. Lecta. Cap.* 8. Subintellige *debere.* Vid. G. O. Reiz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 373.

L. VI.

Si extraneus pro muliere dotem dedisset, et pactus esset, ut quoquo modo finitum esset matrimonium, dos ei (1) *redderetur*, etc.] Et hic Triboniani manum agnoscit, et culpat Faber, a quo dissentit Huber. *Eun. Rom. p.* 514. *seqq.*

(1)

(1) Pro *sibi*. Vid. Schulting. *Diss. Pro Rescript. Impp.* §. 13. in ej. *Diss. p.* 193. add. notata superius ad *L.* 51. *de pactis. L.* 27. *de neg. gest. L.* 41. *ex quib. causs. maj.* Vid. de hac Lege Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Ut igitur* etc. et Herald. *de Rer. Judic. auctorit.* II. 9. §. 8. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1197. De formula *quaerendum erit* vid. et Bynkersh. *Obs.* II. 15.

L. VII.

Quoniam putasset quidem debere pecuniam, sed (1) *exceptione* doli mali *tueri se potuisset*, etc.] Ratione rei et ab adversario admissi in hoc petendo. *L.* 36. *de oblig. et act.* et hic deëst naturalis obligatio. *L.* 1. §. 1. *de dol. mal. et met. exc.*

Si autem vere debitor fuisset, etc.] Haec Triboniano adscribit Faber. Dissentit Huber. *Eun. Rom. p.* 516. *seq.* (2). Sequens versiculus: *causa debiti integra mulieri* etc. magis Tribonianum redolere videtur. (3).

Nisi ut cedat ei condictitia actione (4).] Vid. *L.* 51. *de pecul.*

(1) Fortasse τὸ *sed* accipiendum pro *sed et*, et verba haec ita intelligenda: *quoniam putasset quidem debere pecuniam* scil. mulieri, *sed et exceptione doli mali*, scil. adv. sponsum ante nuptias secutas dotem promissam petentem, *tueri se potuisset*. Hae enim duae rationes si conjungantur, manifestum est, repetitioni locum esse, eamque *solventi* concedendam. add. notata superius ad *L.* 18. *de stat. hom.* Pro *promisit* in *pr.* Legis Julianum scripsisse *dixit*, putat Cujac. *ad Julian. Lib.* XVI. *Digest. in expl. h. l.* et Jos. Fern. de Retes, *Opusc.* II. 2. *Cap.* 3. §. 7. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 126. et saepius loco *dotem dicere* a Triboniano aliud verbum substitutum, docet Cujac. *Obs.* XI. 29. et *ad Papinian. Libb. Quaest. in expl. L.* 7. §. 1. *solut. matrim.* item Schulting. *ad Caj. Inst.* II. 9. §. 3. *not.* 38. Vid. tamen Bynkersh. *Obs.* VIII. 23. §. 11.

(2)

(2) Non tamen plene Fabro respondit.

(3) Vellem, adjecisset Schultingius rationem hujus opinionis suae. Equidem non magis hic, quam in praecedentibus Legis verbis manum Triboniani redoleo: Ablativos enim absolutos Veteribus JCtis familiares esse, docet Bynkersh. *Obs.* VIII. 10. in fin. eosque saepius pleonastice loqui, supra jam monui ad *L.* 1. §. 1. *de justit. et jur. not.* 3. add. Puttman. *Interpretat. Cap.* 11. §. 3. et *Cap.* 33. §. 2. Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 7. §. 4. *p.* 221. Van Dorp, *Obs. Cap.* 15. *p.* 156. J. B. Koehler. *Interpr. et emend.* I. 12. §. 3. *p.* 105. qui etiam alios laudant.

(4) *Cedere re* et *rem* dici supra jam notavi ad *L.* 19. *si servit. vind.* et *L.* 15. *pr. ad L. Aquil.* — Ad seq. §. 1. vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* in fin. et Joh. van Neck, *Diss. ad L. ult. h. t. Cap.* 3. in fin. in Nov. Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 415. — In seq. *L.* 8. verba: *donec maneat inter eos adfinitas*, Graeci vertunt: ἐφ' ὅσον ἡ μνήστεια συνέστηκε, *quamdiu sponsalia consistunt.* add. Gluck. *d. loc.* §. 822. *not.* 35. *p.* 21. Porro, pro *nondum coito matrimonio*, ut Flor. legitur, Hal. habet *nondum contracto matrimonio.* Sed pari modo *societatem coire*, vel *coiri* dicitur, in *L.* 3. §. 1. et 8. *L.* 4. *L.* 5. §. 1. *pro socio*, et alibi. add. Gronov. *ad Liv.* XXXIV. 11. §. 2. quem citat Duker. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

L. IX.

§. 1.

Si quis indebitam pecuniam, per errorem, jussu mulieris, sponso ejus promisisset, et nuptiae secutae fuissent, exceptione doli mali uti non potest: etc.] Vid. Fab. *in Cod. Lib.* V. *Tit.* 13. *Def.* 2. (1).

(1) Ad seq. *L.* 10. vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Primum oportet* etc. et Pothier. *in not. ad h. l.* — Seq. Legem 11. jungendam cum *L.* 19. *de reb. cred.* observat Cujac. *ad Jul. Lib.* X. *Digest. in expl. h. l.*

L. XII.

L. XIII.

Paulus Lib. VI. ad L. Juliam et Papiam.] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Juliam Caducar. Cap.* 33. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 238.] et Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 425.

Fructus quoque donatarum rerum, et partus, etc.] Facit huc *L.* 38. §. 1. *de usur.* (1).

(1) Add. Noodt. et van Neck *locc. citt. ad praec. L.* 7. §. 1. Post vocem *donationem*, in praecedentibus Legis verbis, Hal. inserit *fecerit:* immo etiam Flor. recentiore manu in margine adjectum *fecisset*, testatur Brencm. *h.* qui tale quid requiri putat. Sed nihil opus intrudi, rectius censet Duker. *ibid.* secundum quem locus ita interpungendus, et intelligendus est: *cum quis mortis caussa donationem*, id est, rem mortis causa donatam, *cum*, id est, postquam, *convaluisset, donator condicit*, etc. Conf. Heinecc. *loc. modo cit.* — In seq. *L.* 13. pro *adgnovit*, ut Flor. legitur, Hal. habet *agnoverit*, haud dubie, quoniam praecedit *contulerit.* Sed ejusmodi Modorum transitus apud Nostros frequens est. Vid. notata superius ad *L.* 21. *de hered. petit.* et *L.* 8. *pr. ad L. Aquil.* Intelligendum filium *emancipatum*, notat Pothier. *ad h. l.*

L. XIV.

Cum quo non tantum furti agi, sed etiam condici ei posse.] Vid. *L.* 18. *de condict. furtiv.* (1).

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.* et Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. tit. de condict. indebit.* §. 835. *p.* 173. *seq.* qui pro *cum quo* cum Hal. et Fabro legi mavult *cum eo.*

L. XV.

Is cum tradidit Praefecto Vigilum,] *Praefecto urbi*, et sic etiam mox legi vult Noodt. *Probab.* II. 5. (1) a quo

quo recedit Voet. *ad Tit. Pand. de Offic. Praefect. Vigil.* (2). Sed non satisfacit. Nec Bynkershoek. *Obs.* II. 8. (3). Nec bene Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 83. *Error.* 5. *num.* 3.

Eum summo supplicio adfecit.] Refertur, non probatur. add. Huber. *Eun. Rom. p.* 518. Multa habet Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 83. *Error.* 5. *et* 6. non bona: multa contra Fabrum Bachov. *ibid.*

(1) Quem sequitur etiam Schulting. *in Enarr. tit. Pand. de Offic. Praef. vigil.* item Westenberg. *ad eund. tit.* §. 7. Reinold. *ad Mercer. Conciliator. not.* 73. *p.* 58. Jo. Phil. Slevogt. *Disp. de Incendiis, p.* 15. *seqq.* H. J. Arntzen. *Diss. ad L.* 2. *de in jus voc. p.* 299. Pothier. *in not. ad h. l.* Sed H. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exstant in Coll. LL. Mos. et Rom. p.* 198. τὸ *Praefecto Vigilum*, priore loco, retinet, sed in seqq. pro *Praefectus Vigilum*, legit *Praefectus urbi*. Pari modo Waechtler. *in Opusc. Jurid. Philolog. p.* 246.

(2) Qui putat, jus ultimi supplicii infligendi Praefecto Vigilum competiisse, si servilis conditionis hominem in furto, vel effractione deprehendisset. Animadversionem in *servos* Praefecto Vigilum quoque tribuit Huber. *in Prael. ad tit. Pand. de Offic. Praef. Vig.* item Bachov. *loc. cit.* et *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 322.

(3) Qui jus animadvertendi Praefecto Vigilum competiisse censet, ubi in ipso facinore incendiarii, vel fures improbiores, aliique quietis publicae turbatores essent apprehensi. Quem sequitur F. G. Houck. *Diss. de Offic. Praefect. Vigil.* §. 11. in Nov. Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 219. et Trotz. *in Praefat. ad Waechtler. Opusc. p.* 73. Alia adhuc ratione difficultatem tollere conatus est Struchtmeyer. *Spec. Obs. Cap.* 3. qui etiam nihil mutat, sed τὸ *adfecit* explicat per *adfici curavit*: probante H. J. Arntzen. *ad D'Arnaud. Vit. Scaevol. p.* 41.

L. XVI.

Dedi tibi pecuniam, ut mihi Stichum dares: utrum id

contractus genus pro portione emtionis et venditionis est? an nulla hic alia obligatio est, quam ob rem dati re non secuta? in quod proclivior sum? etc.] Obstat, *L.* 5. §. 1. *praescript. verb.* D. Goth. *in not. Datur hic pecunia non ut pretium* etc. (1); Alii datam pecuniam putant ut corpus. Vid. Hotoman. *Epitom. ad h. t. num.* 7. Bachov. *ad Treutl. Vol.* I. *Disp.* 22. *Thes.* 2. *Lit. D. p.* 848. *seqq.* Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 6. Noodt. *Probab.* IV. 4. legit *peregrinam pecuniam* (2). Dissentit Huber. *Eun. Rom. p.* 519. *seq.* qui intelligit pecuniam manu forte contentam datam. Sed non opus his (3). Illud notandum, quod pecunia data efficiat, ne possit haberi pro *permutatione*, et quia res praecise est *danda*, non quoque est *emtio venditio*. Hinc nulla est obligatio, nisi ad repetendum id, quod datum est: neque ad Stichum dandum tu teneris, ideoque is tibi perit. Add. D'Avezan. *de Contract. Lib. Prior. Cap.* 10. *et* 14. [in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 24. *et* 32.] et Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. de Obligat.* et *ad* §. 3. *Inst. de emt. vend.* (4). Vid. et Merill. *Var. ex Cujac.* I. 19. et *Obs.* II. 14. ubi tamen caute legendus. Vid. et Os. Aurel. *Dispunct.* 19. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 737.] Vidit hoc etiam Bynkersh. *Obs.* VI. 24. Sed cur non sit *permutatio*, non dicit. Late de hac Lege egit quoque Pinell. *ad Rubric. Cod. de rescind. vend. Part.* II. *Cap.* 3. *num.* 9. *seqq.*

Pro portione emtionis et venditionis] Id est, *vice*, *instar emtionis venditionis*. Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. de obligation.* (5). Aliter Noodt. *Obs.* I. 17.

Et ideo, si mortuus est Stichus, repetere possum, etc.] Facit huc *L.* 3. §. 3. *h. t.* D. Goth. *in not. Imo tuo periit periculo. L.* 5. §. 1. *de praescript. verb.* Non posse se has Leges conciliare, fatetur Viglius, *ad L.* 2. *Cod. de reb. cred. num.* 46. Nec satis expedit Bachov. *ad Treutl. loc. cit.* Nec Hilliger. *ad Donell. Comm. Jur.*

Civ.

Civ. XIV. 21. qui aliter textum interpungit, sed nodum non solvit. Mortuum esse Stichum culpa accipientis, ait Ranchin. *Var. Lection.* III. 8. [in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 959.] male. (6).

(1) Pari fere modo Grangian. *Paradox. Jur. Civ. Cap.* 66. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 649.

(2) Et *ad h. t. Pand.* Vs. *Ceterum, sive hac*, etc. et *ad Tit. de contrah. emtion.* Vs. *Ostendi, quod* etc. Alii Celsum de peregrina pecunia locutum existimarunt. Vid. Bynkersh. *loc. cit.*

(3) Vid. Bynkersh. *d. loc.* et Auctor. Anonym. *in Obs. Miscellan. Vol.* III. *Tom.* I. *p.* 126. *seqq.*

(4) Pari modo rem quoque exponunt Joh. van Neck, *Diss. ad h. l. Cap.* 2. in Nov. Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 393. *seqq.* et Auctor Anonym. *in Obs. Miscell. d. loc.* qui etiam alios laudarunt. Aliter Wieling. *Lection. Jur. Civ.* II. 4.

(5) Sic etiam Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 42. §. 10. et Joh. van Neck, *laud. Diss. p.* 398. *seq.* Noodtium refutavit Bynkersh. *d. loc.*

(6) Nec melius Petr. Belonius, *Varior. Jur. Civ.* I. 9. §. 2. in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 769. putans, stichum jam mortuum fuisse tempore conventionis. Egit de hac Legis particula Joh. van Neck, *d. Diss. Cap.* 4. *p.* 416. *seqq.* qui *d. L.* 5. §. 1. ita intelligit, ac si Paulus dixisset, cessare *actionem praescriptis verbis*, si mortuus est stichus sine culpa accipientis: sed hoc non impedit, quo minus datum ex capite poenitentiae repeti possit. Haec quoque est sententia Gluckii, *Ausf. Erl. der Pand. tit. de Pactis*, §. 326. *h. not.* 59. *p.* 385. qui etiam plures alios citavit. add. Idem, *ibid. hoc tit.* §. 823. *p.* 46. *seq.*

TITULUS V.

DE CONDICTIONE OB TURPEM, VEL INJUSTAM CAUSSAM.

Brevem interpretationem ad hunc Titulum dedit *Ranchin. Variar. Lection.* III. 18. [in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 974. *seqq.*] (1).

(1) *Turpem* et *injustam* caussam Veteres distinxisse, sed quo sensu, mire variare Interpretes, docet Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 1. add. Gluck. *Ausf. erl. der Pand. hoc tit.* §. 825. *p.* 50. *seq.* qui *ibid.* §. 826. *p.* 65. *seqq.* disquirit, unde haec condictio oriatur, et varias aliorum Interpp. hac de re sententias recenset.

L. I.

§. I.

Ob rem igitur honestam etc.] Vid. *L.* 1. *tit. praec.*

L. II.

§. I.

Ut rem mihi reddas depositam apud te,] Vid. *L. ult. pr.* et §. 1. *h. t.*

Vel ut instrumentum mihi redderes.] Pro *vel ut* legit *velut*, aut *veluti*, Best. *de Rat. emend. Leg. Cap.* 7. *num.* 8. *p.* 90. et verba *mihi redderes* deleri vult: quod non probo. (1).

(1) Rucker. *Obs. Cap.* 4. §. 3. *num.* 1. *p.* 133. ope geminationis legit *velut, ut.* Jo. Cannegiet. *Disquis. de Notis*, §. 2. *p.* 504. legi mavult *instrumentum meum.*

meum. Sed receptam lectionem defendunt Marckart. *Prob. rec. Lect. Jur. Civ. Part.* I. *p.* 64. *seq.* G. Pauw. *Diss. ad var. Jur. Civ. capita*, *Cap.* 5. §. 2. in Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 133. Gluck. *d. loc.* §. 826. *not.* 26. *p.* 62.

§. 2.

Sed si dedi, ut secundum me in bona caussa Judex pronunciaret,] Semimalos dicunt quidam eos, qui non reddunt jus sine praemio. (1).

Est quidem relatum, *condictioni locum* (2) *esse:*] A' nonnullis scil., et male, ut ostendunt sequentia. Vid. Donell. *Comm. jur. Civ.* XIV. 25. Bachov. *ad Treutl. Vol.* I. *Disp.* 22. *Thes.* 3. *Lit. f. p.* 856. (3). Dissentiunt Graeci, quos refert, et sequi videtur Fabrot. *ad Cujac. Parat. ad h. t. Cod.* et Duaren. *ad h. t. Pand. et Cod. Cap.* 3. in fin. Pro quibus facit L. sequens, et Augustinus, *Can. ult. Caus.* 14. *quaest.* 5.

Sed hic quoque crimen contrahit: etc.] Add. Phil. Jud. περὶ δικαστοῦ, *p.* 556. et Demost. *de Fals. Legat. p.* 337.

Et non (4) *ita pridem Imperator noster constituit*, etc] Aliud olim. Vid. Ciceron. *in Verr. Lib.* I. *Cap.* 10. ubi Menard. et *Cap.* 48. et *pro Cluentio*, *Cap.* 24., *Imperator noster*, id est, *Caracalla*. Vid. *L.* 1. *Cod. de poen. Jud. qui male judic. L.* 1. §. 3. *de calumniat.* (5). Hinc autem corruit distinctio, quam Lex sequens videtur indicare.

(1) Add. Fabrot. *loc. cit.*

(2) Al. *locum non esse*. Male. Vid. Marckart. *Prob. rec. Lect. Jur. Civ. Part.* I. *p.* 66. *seq.* et Gluck. *d. loc.* §. 825. *not.* 17. *p.* 57.

(3) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 43. §. 1. et *ad Paul. Sent.* V. 25. §. 2. *not.* 29. in *Jurispr. Antejust. p.* 515. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Postremo etc.* Huber. *in Prael. ad eund. tit.* §. 4. Gerard.

 van

van Wesel. *Diss. de Sanctit. Jurisdior.* §. 15. in Nov. Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 315. Puttmann *Adversar. Jur. univ.* I. 4. *p.* 79. *seqq.* Gluck. *loc. modo cit.*

(4) Vulgo *non* abest. Vid. Brencm. *h.*

(5) Ad quam vid. notata. — Additur seq. *L.* 3. *Ubi autem et dantis, et accipientis turpitudo versatur, non posse repeti dicimus.* Extorquenda tamen videntur accipienti turpiter quaesita. Vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 43. §. 6. et Gluck. *d. loc. p.* 60.

L. IV.

Cessat enim repetitio,] D. Goth. *in not.* *Imo non cessat. L.* 7. *et* 8. *quod met. causs.* Non obstat. (1).

(1) In *Thes. Controv. Dec.* 43. §. 7. addit Schulting. *nisi metus ipsi fuerit illatus. L.* 7. §. 1. *quod met. causs.*

§. 3.

Sed quod meretrici datur, etc.] De hac cum iis licentia vid. Langlaeum, *Semestr.* VIII. 7.

Sed nova *ratione*, etc.] Id est, *mira*, et *insolente*: nec hanc probat Ulpianus, sed refert ex opinione Labeonis, et Marcelli (1). Vid. Fabrot. *ad Cujac. Parat. ad h. t. Cod.* Tricatur cum aliis Huber. *Eun. Rom. p.* 521. *seqq.* [et *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 3.] Nec placet Freher. *Parerg.* II. 14. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 923.] (2).

Illam enim turpiter facere, quod sit meretrix;] Vid. *L.* 41. *de rit. nupt.* add. Fabrot. *loc. modo cit.*

Non turpiter accipere, cum sit meretrix.] Rectius Tertullian. *de Cultu Feminar.* I. 2. *Nullius rei turpis merces decora est.* Nec ferendus Salmas. *ad Jus Attic. Cap.* 25. *p.* 527. dans etiam iis jus petendi, post Covarruviam et Fabrum, quos recte refutat Herald. *Obs. et Emend. Cap.* 32. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1351. *seq.*] (3).

(1)

(1) Sic etiam Schulting. *Thef. Controv. Dec.* 43. §. 2. Noodt. *ad h. t. Pand. in pr.* Otto, *Praef. ad Tom.* II. *Thef. Jur. p.* 29. et *in Papinian. Cap.* 7. §. 5. *p.* 149. Pothier. *in not. ad h. l.* adéoque propterea Ulpianus immerito reprehenditur ab aliis, ut Tusfan. de La Rue, *Amoen. Jur. Obf. Cap.* 4. in Thef. Otton. *Tom.* V. *p.* 1507. *feqq.* et Wisfenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 8. Aliter Houck. *Disf. de Ration. Vett. JCtor. falfo Jufpect. Cap.* 1. §. 2. in Thef. Disf. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 322. *feq.* Secundum quem *nova ratio* est *ratio noviter reperta.*

(2) Quem refutavit Otto, *in Praef. ad Tom.* II. *Thef. Jur. loc. cit.* Defendunt tamen hanc rationem etiam Merill. *Obf.* II. 12. Jo. Kool. *ad L. Ater. Tarpej. Cap.* 5. in Thef. Otton, *Tom.* V. *p.* 1540. Jof. Fern. de Retes, *Opufc.* II. 2. *Cap.* 2. §. 4. in Thef Meerman. *Tom.* VI. *p.* 123. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. tit. de his qui not. infam* §. 379. *not.* 79. *p.* 173. et *hoc tit.* §. 825. *p.* 53. Bilderdyk. *Obf. et Emend. Cap.* 38. *p.* 221. *feqq.* Vid. et Grotium, *in Flor. Sparfion. ad h. l. p.* 154.

(3) Add. Schulting. *d. loc.* §. 3. Otton. *loc. modo cit.* et *ad Pufendorff. de Offic. hom. et civ.* I. 9. §. 18. Gluck. *d. loc.* §. 825. *not.* 15. *p.* 53. *feq.* qui etiam alios laudavit.

§. 4.

Si tibi indicium (1) *dedero*, etc.] Petron. *Satyric. Cap.* 97. *p.* 461. *In lance argentea indicium et fidem praeferebat.* *Merces* dicitur in *L.* 15. *de praescript. verb.* ubi vid. D. Goth. add. Apulej. *Metam.* VI. *p.* 176. et VII. *p.* 199. Lucian. *in Fugitiv. p.* 604. (2). Vid. et *L.* 43. §. 9. *de furt.*

(1) Pro *praemio*, quod indici datur. Vid. Erhard. *ad d. loc. Petron.* et Schulting. *Thef. Controv. Dec.* 43. §. 5. add. Cujac. *ad Paul. Sent.* II. 31. §. 24. Van de Water, *Obf. Jur. Rom.* II. 1. *p.* 112. Pothier. *in not. ad h. l.*

(2) Loca haec citat quoque Brisfon. *de V. S.* voc. *indicium*

cium, *num.* 1. add. Ciceron. *pro Rosc. Amerin. Cap.* 37. quem citat Duk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. — Ad seq. *L.* 5. Vid. Cujac. *ad Lib.* III. *Julian. ad Ursej. Feroc.*

L. VI.

Id quod ex injusta caussa etc.] Vid. *L.* 6. *de donat. int. vir. et uxor.* add. *L.* 4. §. 1. *L.* 33. *de reb cred.* Cujac. *Tractat.* II. *ad African. in expl. L.* 23. *eod.* (1).

In qua sententia etiam Celsus est.] Vid. *L.* 25. §. 1. *de furtis. L.* 2. *de condict. triticar.*

(1) Add. Gluck. *d. loc.* §. 826. *p.* 68.

L. VIII.

Si ob turpem caussam promiseris *Titio*, etc.] Pecuniam scil. Aliud, cum promitto, me peracturum rem turpem (1). add. *L.* 123. *de verb. oblig.* Cujac. *ad Paul. Lib.* III. *Quaest. in expl. h. l.* Ranchin. *Var. Lection.* III. 18. [in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 978.] Aliter Chesius, *Different. Jur. Cap.* 54. *num.* 4. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 792. *seq.*] Merend. *Controv. Jur.* X. 15. putat, verba non esse integra. — Facit huc Valer. Maxim. VIII. 2. 2.

Quoniam sublata proxima caussa stipulationis, quae propter exceptionem inanis esset, etc.] Haec ratio dubitandi. Quia est indebitum. *L.* 40. *tit. seq.* Cujac. *loc. modo cit.* Similis ratiocinatio *L.* 32. §. 2. *tit. seq.*

(1) Conf. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 43. §. 4. Noodtius, *ad h. t. Pand.* in fin. verba Legis tantum refert. De quaestione, utrum promissio turpis ipso jure nulla sit, an promissor doli exceptione defendatur? praeter citatos, etiam egerunt Bachov. *ad Treutler. Vol.* I. *Disp.* 22. *Th.* 3. *Lit. a. p.* 851. *seq.* Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* § 9. Hu-

Huber. *in Prael. ad eund. tit.* §. 5. Voet. *ad eund. tit.* §. 5.

L. IX.

Si vestimenta utenda etc.] Vid. contra censuram Autumni, et aliorum, Huber. *Eun. Rom. p.* 523. *seq.*

Commendavero] D. Goth. *in not. Al. commodavero* (1). Basilic. Schol. *Tom.* III. *p.* 526. ὃ ἔχρησά σοι.

Condictione me recte acturum,] Vid. *L.* 2. §. 1. *h. t.*

(1) Ita Hal. et habet quoque Taurell. in margine. Immo Flor. erat *commenduero*, et recentius demum factum *commendavero*, ut testatur Brencm. *h.*

§. 1.

Si rem locatam etc.] D. Goth. *in not.* „*Al. si ob rem.* „ Hal." et Basilic.

Condictio duntaxat *pecuniae datae* etc.] In prioribus casibus etiam aliae actiones locum habent.

TITULUS VI.

DE CONDICTIONE INDEBITI. (1).

(1) De ratione connexionis vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* in pr. Unde haec condictio oriatur, docet Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 43. §. 8. et latius Gluck. *Ausf. erl. der Pand. hoc tit.* §. 827. *p.* 69. *seqq.*

L. I.

§. 1.

Sed si sciens se non debere etc.] Vid. *L.* 50. *h. t. L.* 53. *de reg. jur.* (1).

(1) Ad quam vid. notata. add. Gluck. *d. loc.* §. 834. *not.* 54. *p.* 123.

L. I I.

Si quis sic solverit, ut, si apparuisset (1) esse indebitum, etc.] Vid. Bachov. *de Action. Disp.* IV. *Thes.* 15, *p.* 140.

(1) Quid, si id non caverit? Dissenserunt hac in re Veteres; sed eam controversiam decidit Imp. Justinianus *L. ult. Cod. h. t.* ad quam vid. Merill. *in L. Decis. Justin. p.* 56.

§. 1.

Si quid ex testamento solutum sit, quod postea falsum, etc.]. Non, si errore juris solutum sit, vel animo conscientiae exonerandae. Huber. *Eun. Rom. p.* 526. (1).

(1) Vid. de hoc §. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Age, nunc videamus* etc. Junge *L.* 5. *h. t.* Vid. Voorda, *Interpr. et Emend.* I. 6. *p.* 19.

L. I I I.

Scilicet quod bonae fidei possessor, in quantum locupletior factus est, tenetur.] Vid. *L.* 25. §. 12. *de hered. petit.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Papin. Lib.* XXVIII. *Quaestion. in expl. h. l.* Papinianum *nomen* hic appellare *condictionem indebiti*, notat Pothier. *ad h. l.* Cujac *d. loc. nominum*, puta, legatorum indebite solutorum.

L. V.

Nec novum, ut quod alius solverit, alius repetat:] Vid. D. Goth. *in not.* add. *L.* 61. *h. t. L.* 8. §. 16. *de inoffic. testam.* (1).

(1)

(1) Junge *L.* 2. §. 1. *h. t.* ubi vide notata.

L. VI.

Si procurator tuus indebitum solverit, et tu ratum non habeas, posse repeti, etc.] A procuratore. (1).

(1) Add. Gluck. *d. loc.* §. 835. *p.* 178. et Pothier. *ibid. cit.* In seq. §. 2. pro *debitum solvit* Flor. legi *indebitum solvit*, notat Hugo a Porta. Sed Brencm. *h.* testatur, τὸ *in* esse additum.

§. 3.

Neque tutorem, neque procuratorem solventes, repetere posse:] *Solventes* nomine pupilli, non suo. Vid. *L.* 46. *L.* 57. *h. t. L.* 5. *et* 6. *Cod. eod.* (1).

(1) Add. Gluck. loc. cit. ad *pr. h. l.* Cujacius, *Obs.* VIII. 35. putavit, Julianum hic a Celso dissensisse: cui obloquitur Constantin. *Subtil. Enodat.* I. 13. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 504. Dissensum ignoscit quoque Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 4. §. 10. et *Cap.* 5. §. 30. in *Jurispr. restit. Wieling. p.* 80. *et p.* 111.

L. VII.

Aut tantundem repetitur.] Vid. *L.* 65. §. 6. *h. t.* (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Hoc loco* etc.

L. VIII.

Quod nomine mariti, etc.] Secus si *suo.* Vid. *L.* 36. *in fin. L.* 47. *h. t.* add. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* II. *Const.* 24. *Def.* 10.

Adeo debitum esset mulieri.] Facit huc *L.* 44. *h. t.* add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Illud quale* etc. Al. *ideo quia debitum est mulieri.* (1).

(1)

(1) Sic Hal. Vid. Brencm. *h.* qui ait, se ad hoc *adeo* subsistere, et frustra Codices contulisse. Addit in *L.* 10. sequi *adeo debitor*: unde conjicio, manum aberrantem Librarii eum suspicatum esse. G. O. Reiz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 374. addit *si*, legens: *si adeo debitum esset mulieri.*

L. IX.

Dotem solverit,] Basil. Παῦσαι τὴν προῖκα.

In ea caussa est, ut repetere non possit.] Facit huc *L.* 51. *h. t.* Vid. D. Goth. *in not.* et *L.* 5. §. 2. *Vs. Huic patri. de liberat. legat.*

L. X.

Ut ante diem solutum repetere non possit.] Add. *L. pen.* §. 5. *de Legat.* 2do. *L.* 31. §. 6. *de donat. int. vir. et uxor.* (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 44. §. 1.

L. XI.

Repetere non potest.] Add. *L.* 1 §. *ult* *L.* 2. *de pec. constit.* ubi conciliatio. Facit huc *L.* 8. *h. t.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Julian. Lib.* XI. *Digestor. in expl. d. L.* 2. *de constit. pec.* et Chef. *Interpr. jur.* I. 34. in *Jurispr. Rom. et Attic*, *Tom.* II. *p.* 177. *seqq.*

L. XIII.

Ut Pomponius scribit,] *Vel ut Pomponius* etc. Charond. et sane ita legendum, jam dudum conjeci, vel abundare τὸ *manumissus.* (1). Conf. *L.* 84. *de solution.* Basilic. ut hic.

Utilis pigneratitia reddenda est.] Id est, *hypothecaria. L.* 41. *pr. de pignerat. action.* ubi vide.

(1) In *Thes. Controv. Dec.* 44. §. 9. dicit, *vel* ponendum esse post *manumissus*, aut ante *ex peculio*. Posterius vult quoque Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XV. (1).

(1) Ad *pr.* vid. Gluck. *d. loc.* §. 835. *p.* 175. *seq.* ubi in rationem inquirit, quare *fructus* quidem, non autem *usurae*, in hanc condictionem veniant.

§. 1.

Sed et si possessionem tuam fecissem,] Lege *fecisses*, et sic Basilic. et eorum Schol. (1). In sequentibus ordo esset rectior, si legeretur: *per longi temporis praescriptionem, ita ut tibi avocari non possit.*

Etiam sic recte tecum per indebitam (2) *condictionem agerem.*] Ut et fit in casu *L.* 13. *pr. de m. c. donation.* add. Bachov. *ad Treutler. Vol.* I. *Disp.* 22. *Thes.* 10. *Lit. c. p.* 876. *seq.*

(1) Sic etiam van de Water, *Obs. Jur. Rom.* II. 16. Gebauer. *h.* Gluck. *d. loc.* §. 835. *not.* 16. *p.* 153.
(2) Hal. et Vulg. *indebiti.* Vid. Brencm. *h.*

L. XVI.

§. 1.

Die existente] Pro hac lectione vid. Constantin. *Subtil. Enodat.* I. 27. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 534.] (1).

(1) In *Thes. Controv. Dec.* 43. §. 10. legi vult cum Cujacio: *die non existente*, vel *die pendente.* Vid. et Cujac. *ad Papinian. Lib.* VIII. *Quaestion. in expl. L.* 56. *h. t.* et *ad Paul. Lib.* III. *Quaestion. in expl. L.* 60. *h. t.* Sed cum Constantinaeo facit Gluck. *d. loc.* §. 828. *not.* 69. *p.* 77. *seq. Sub incerto die* etiam Taurell. edidisse, sed Flor. manifesto esse *sub incerta die* testatur Brencm. *h.* et sic amant dicere Veteres. Vid. Oudendorp. *ad Frontin.* I. 2. 6. *p.* 32.

p. 32. et Drakenborch. ad Liv. XXVII. 16. §. 16.
Pro quod autem Chiflet. de Jur. Fideicommiss. II. 10. in Thes. Otton. Tom. V. p. 801. legi mavult: quod item. Hal. quod etiam. Vid. Geb. h. De verbo exstatura in seq. l. 18. vid notata superius ad L. 2. de feriis, not. 3. Hal. pro debetur edidit detur, et pro exstatura est, exstatura sit. Vid. Gebauer. h.

L. XIX.

Si poenae caussa ejus, cui debetur, etc.] Facit huc L. 8. §. ult. *quod quisq. Jur. in alt. stat.* etc. Vid. Glosf. *h.* (1).

(1) Intelligenda haec Lex de casu, quo debitor Jure Civili liberatur in odium creditoris. Conf. *L.* 9. §. 4. *de SCto Macedon.* Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 44. §. 2. Voorda, *Interpr. et Emend.* I. 6. *in fin.* Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. tit. de Just. et Jur.* *p.* 179. *in not.* Minus bene Noodt. *ad h. t. Pand.* in fin.

§. 1.

Quamvis debitum sibi quis recipiat, etc.] Aliud vult Autumnus, contra quem vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 527. Eadem verba occurrunt in fin. *h.* §. (1). Obstat *L.* 44. *h. t.* ubi vide.

Veluti si is, qui heredem se, vel bonorum possessorem falso existimans, creditori hereditario solverit: etc.] Obstat *L. ult. de negot. gest.* ubi vide, et *L.* 5. *Cod. de hereditat. petit.* ubi vide. (2).

(1) Sed apud Hal. ibi illa absunt. Vid. Gebauer. *h.*
(2) Ubi ad verba: *nam repeti a creditoribus, qui suum receperunt, non potest*, notavit. „ quia hereditatis „ nomine solvit, secus, si suo. Ita Glossa conciliat „ hanc Legem cum *L.* 19. §. 1. *de condict. indebit.* „ add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Hactenus appa-* „ *ret* etc. Condictionem indebiti cedi debere, putat „ He-

„ Herald. *Obs. et Emend. Cap.* 24." in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1340. Cum Glossa facit quoque Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* add. Gluck. *d. loc.* §. 829. *p.* 87. Fortasse contra stricti juris rationem ad lites minuendas placuit, ut heres putativus debitum, creditori hereditario solutum, possit vero heredi imputare in restitutione hereditatis, et de ea deducere: sed si hereditatem non possideat, vel eam restituerit non deducto eo, quod solvit, tunc posse eum solutum a creditore repetere, salva creditori actione sua adv. verum heredem. Conf. *L.* 31. *pr. de heredit. petit.* et Herald. *loc. cit.* Pro *is, quod dedit* etc. Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 105. legit: *is, qui dedit* etc. Vulg. *id, quod dedit.* Vid. Brencm. *h.* Neutrum videtur necesse.

§. 2.

Ejus summae partem dimidiam, etc.] Facit huc *L.* 13. §. *ult. de reb. cred.* add. Duaren. *ad hunc tit. Cap.* 9.

§. 3.

Repetam quasi indebitum solutum:] D. Goth. *in not. Imo non repetet. L.* 19. *de Legat.* 2°. Alius est hujus Legis casus.

§. 4.

Viginti pariter *solverint*,] Vid. *L. seq.* (1).

Ambo repetere possunt.] Aliud, si non solvissent *pariter.* Vid. *L.* 25. *h. t.* (2).

(1) Apud Hal. haec Lex finit verbo *repetituros.* Additur tamen in margine: *alias adduntur haec. Quia cum deberent, et viginti solvissent: quae amplius ambo solverunt, ambo quina repetere possunt.* Vid. Geb. *h.*

(2) Add. Cujac. *ad Lib.* III. *Paul. Quaest. in expl. seq. L.* 21. et Gluck. *d. loc.* §. 835. *p.* 182.

L. XX.

L. XX.

Si reus et fidejussor solverint pariter, etc.] Vid. *L. praec.* §. *ult.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Julian. Lib.* X. *Digestor. in expl. h. l.* et *ad Lib.* III. *Paul. Quaestion. in expl. l. seq.*

L. XXI.

Aut togam, vel denaria.] Est ἀσύνδετον; sed refer ad ad proximum *datos.*

Igitur hoc casu electio est creditoris, etc.] Vid. Cujac. *Obs.* VIII. 35. (1) et Vital. *Lection. Variar.* II. 23. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 690. *seqq.*

(1) Et *ad Paul. Lib.* III. *Quaest. in expl. h. l.* add. Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 4. §. 10. in *Jurispr. restit. Wieling. p.* 80.

L. XXIII. (1).

(1) *Vel ab eo,* qui *procurator est,*] D. Goth. *in not. cui.* Flor. litera *q* subantique deleta est, et superscripta *c.* Unde Taurell. in margine *cui.* Hal. et Vulg. habent *cujus.* Vid. Brencm. *h.* Ulpianum in Libris *ad Sabinum* passim Pomponium allegare, et nonnunquam, ut hic, cum elogio, pluribus exemplis probat Jac. Gothofred. *Diss. de elect. mag. inhab.* etc. in ej. *Oper. Minor. p.* 533. *seq.*

§. 3.

Nihilominus poterit exceptione doli uti post secuti:] Sed quando? an in actione judicati instituenda?

§. 4.

Si qua Lex ab initio *dupli,* etc.] Non ex inficiatione.

L. XXV.

L. XXV.

Et postea fidejusfores etc.] D. Goth. *in not.* *Singuli scil.* Secus, si pariter. Vid. *L.* 19. §. *ult.* *L.* 20. *h. t.*

L. XXVI.

Sed usuras indebitas solvit,] Pacto scil. debitas, et indebitas civiliter. Facit huc *L.* 5. §. 2. *de solution.* (1). Aliter Huber. *Eun. Rom. p.* 527. *seq.* (2) qui accipit de casu mutui, et ait, hoc esse Juris Civilis, qui et in *Prael. ad h. t. Pand.* §. 6. quaedam habet non bona.

(1) Ubi ipse Ulpianus usuras *indebitas* interpretatur, *quae ex pacto naturaliter debentur.*

(2) Aliter etiam Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* quem sequitur Voet. *ad h. t. Pand.* §. 13. Sed quem refutat Huber. *Eun. Rom. d. loc.* add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 43. §. 9. et Gluck. *d. loc.* §. 830. *p.* 97. *seq.* qui etiam alios citat. Sequitur: *si sortis debitae solvit.* Hal. et Vulg. *sorti debitas.* Vid. Brencm. *h.* Probante Jo. Robert. *Sentent. Jur.* II. 16. Sed vid. Huber. *d. loc.* Noodt. *de Foen. et usur.* II. 13. *in fin.* Gluck. *d. loc.* §. 830. *not.* 1. *p.* 97. qui monet, *sorti debitas* etiam Cod. Pand. Erlang. habere. — Ad seq. §. 3. vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 44. §. 2. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Postremo* etc. Gluck. *d. loc.* §. 828. *p.* 81. *seqq.*

§. 4.

Non fit confusio partis rei cum pecunia:] D. Goth. *in not.* „*Haec verba* cum pecunia *Hotoman. Obs.* III. 5. *expungit.*" Ego intelligo compensationem cum Glosf. ut *L.* 7. §. 1. *solut. matrim.* hoc sensu, quod non possit pars rei cedere pro pecunia debita.

Ager autem retinebitur, donec debita pecunia solvatur.] Vid. Fab. *Cod. hoc tit. Def.* 1. et Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 100. *Error.* 7. (1).

(1) Sequitur in §. 6. *Idem Marcellus adicit.* Vulgo *adjicit.* Hal. *dicit.* Sed vid. Duk. *ad Flor.* I. 10. §. 5. *in fin.* et J. B. Koehler. *Interpr. et Emend. Jur. Rom.* II. 10. §. 8. *p.* 121. add. notata superius ad *L.* 1. *de Senator.* et *ibid.* in *Addend. p.* 615. — Ad seq. §. 7. vid. Cujac. *ad Julian. Lib.* X. *Digestor.*

§. 9.

Exceptione summovebitur etc.] Aliud foret in patre. Vid. *L.* 14. *de reb. cred.*

§. 10.

Repetere potest.] Facit huc *L.* 23. *pr. h. t.* (1).

(1) Sequitur in §. 11. *Hereditatis.* D. Goth. *in not. Al. heredi.* Ita Hal. et ipse Taurell. in margine. Vid. Gebauer. *h.* add. Ant. Fab. *in Ration. ad h.* §.

§. 12.

Nam plerumque robur (1) *hominis*, aetas temporis, *opportunitasque naturalis* etc.] Al. *aetas*, *tempus*, etc. (2).

Sic et in proposito ait, *posse condici*, *quanti operas essem conducturus.*] Al. *esset* (3). Sed personarum hic est confusio.

(1) Taurell. *robOr.* Vid. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* III. 11. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 207. et Eckhard. *Herm. Jur.* I. 2. §. 80. *p.* 92. Praecedit: *Sed si operas patrono exhibuit*, *non officiales*, *sed fabriles*, *veluti pictorias*, etc. D. Goth. *in not. vel pictorias*, *Cujac.* etc. Sic etiam Nic. Catharin. *Obs. et Conj.* III. 4. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 784. *seq.*

(2) Hal. *aetas*, *tempus*, *opportunitasque naturalis caussam operarum mutant.* Probante Brencm. *h.* Vulg. *aetas*, *temporisque opportunitas naturalem caussam mutat operarum.*

(3) Ita Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* *Dissertationem*

Christ.

Christ. Gottl. Gmelin. *de condictione facti indebite praestiti*, Tubing. 1769. citat Gluck. *d. loc.* §. 835. *not.* 18. *p.* 154. Sequitur: *Sed si delegatus sit a patrono officiales operas* etc. Hal. et Vulg. *in officiales operas.* Vid. Brencm. *h.* quod probat Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XIII. §. 5.

§. 13.

Si decem aut stichum stipulatus, etc.] Vid. Merend. *Controv. Jur.* VIII. 22. et Brisson. *de V. S.* voc. *stipulari* (1).

Ideoque eum qui quinque solvit, in pendenti *habendum, an liberaretur*,] Add. *L.* 3. §. 5. *de statu liber.* (2).

Quamvis utroque simul soluto, mihi *retinendi, quod vellem, arbitrium daretur.*] D. Goth. *in not. Creditori scil. Verum id abrogatur L.* 10. *in fin. Cod. eod.* Ideoque Tribonianus non debuit hanc sententiam in Pand. referre. Balduin. *in Justinian. Lib.* II. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 1090. in fin.] (3).

(1) Ubi docet, *stipulari* etiam dici eum, qui spondet, seu promittit.

(2) De locutione *in pendenti* vid. notata superius ad *L.* 25. §. 1. *de usufr. et quemadm.* etc.

(3) Add. Labitt. *in Usu Indic. Cap.* 4. §. 8. *seqq.* in Jurispr. Restit. Wieling. *p.* 77. *seqq.* Merill. *in L. Decision. Justin. p.* 12. *seq.* Mascov. *de Sect. Sabin. et Proculian. Cap.* 9. §. 8. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. tit. de Pactis*, §. 316. *not.* 60. *p.* 304. et *hoc tit.* §. 828. *p.* 79. *seq.* Vid. et notata inferius ad *L.* 32. *pr. h. t.* — Seq. *L.* 27. accommodandam esse ad tractatum de *actione arbitraria de eo quod certo loco*, observat Cujac. *ad Lib.* XXVIII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* add. Noodt. *ad Tit. Pand. de eo quod certo loc.* Vs. *Non igitur* etc. et Gluck. *eod. tit.* §. 846. *p.* 308.

L. XXVIII.

Et absolutus sua sponte *solverit*,] Id est, sciens (1).



Vid. *L.* 26. §. 3. *h. t.* et Conf. *L.* 43. *eod.* Tricatur hic valde Huber. *Eun. Rom. p.* 521. *seq.*

(1) Scil. se absolutum esse. Ita quoque Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 44. §. 2. *in fin.* Voet. *ad h. t. Pand.* §. 4. Gluck. *hoc tit.* §. 830. *p.* 101. *seqq.* qui etiam alios laudat. Dubitant tamen alii, an verba *sua sponte* restrictam hanc interpretationem patiantur. Conf. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. et Pap.* II. 21. *num.* 14. *seq.* in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 197. et Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. 10. Pertinere hanc Legem ad contractum actionemve *mandati*, ait Cujac. *ad Lib.* XXXII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

L. XXIX.

Nam in his personis generaliter *repetitioni locum esse*, etc.] Etsi sit causa, in qua lis inficiando crescit. Vid. Cujac. *ad L.* 25. *de minor.* (1).

(1) Ad seq. *L.* 31. vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Ut autem* etc.

L. XXXII.

Si posteaquam utrumque solverit, aut uterque, aut alter ex his desiit in rerum natura esse, nihil repetet: etc.] Facit huc *L.* 2. §. 3. *de eo quod certo loco.* (1).

(1) Add. Gluck. locc. citt. ad *L.* 26. §. 13. *h. t.* Huic Juliani responso obstare Celsi sententiam in *L.* 26. §. 13. *in fin. h. t.* putat Cujac. *Obs.* VIII. 35. et *ad Lib.* X. *Julian. Digest. in expl. h. l.* cui obloquitur Constantin. *Subtil. Enodat.* I. 13. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 502. *seq.* Sed vestigium dissensus Veterum deprehendunt hic quoque Labittus, Merillius, Mascovius, *locc. citt.* ad *d. L.* 26. §. 13. Vid. et Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 13. In seqq. verbis *in soluto* edidisse etiam Taurell., in archetypo tamen clare esse *in solutum*, testatur Brencm. *h.* Accusativus scil. pro Ablativo, ut saepe. Vid. notata superius, *Tom.* I. *p.* 3. *fin. seq.*

§. 2.

§. 2.

Mulier, *si in ea opinione sit*, etc.] D. Goth. *in not.* Mater *emendat Cujac. in quadam Praelectione* (1). Quod non necesse; sed de matre, avia, vel simili id intelligendum, non de ipsa nubente, in qua casum ponit Huber. *Eun. Rom. p.* 523. et vult, hic mulierem post dissensum cum viro dotem condicere ut indebitam. Male: quid notius, quam post divortium repetitam olim dotem actione rei uxoriae, vel ex stipulatu, et ne ex pacto quidem penes virum manere posse: et in matrimonio repetitam dotem vix probabile.

(1) *Mater* emendat Cujac. *ad Paul. Lib.* I. *Quaestion. in expl. L.* 34. *de negot. gest.* Sed nihil corrigit, *ad Julian. Lib.* X. *digestor. in expl. h. l.* quamvis ibi quoque Legem hanc intelligat de matre, avia, similique. *Mater* praefert quoque Pothier. *in not. ad h l.* De matre, similibusque Legem etiam intelligit Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. *ult. num.* 4. Vid. et Gluck. *hoc tit.* §. 830. *p.* 97. Sed, de muliere, quae marito dotis nomine quid dedit, Voet. *ad eund. tit.* §. 16.

§. 3.

Similis est ei, qui hominem etc.] Quatenus similis, vel dissimilis, vid. Scip. Gentil. *de Divid. et individ. Cap.* 9. et 10. [*Oper. Tom.* I. *p.* 119. *seqq.*]

Et ideo, si, cum existimaret, se Stichum promisisse, eum dederit, condicet:] D. Goth. *in not. Imo nihil repetet. L.* 19. *in fin. de Legat.* 2do. *Vid. Cujac. Obs.* VIII. 35. ubi notat, Celsum crebro a Juliano dissentire. add. Balduin. *in Justian. Lib.* II. [in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* I. *p.* 1090. *seq.*] (1).

(1) Et Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 4. §. 9. in *Jurispr. restit. Wieling. p.* 78. Sed Cujacio obloquitur Con-

 stan-

ſtantin. *Subtil. Enòdat.* I. 13. in Theſ. Otton. *Tom.* IV. *p.* 503. Nec disſenſum hic agnoſcit Merill. *Obſ.* III. 10. et *in L. Deciſ. Juſtin. p.* 13. Mascov. *de Sect. Sabin. et Proculian. Cap.* 9. §. 8. *num.* 2. Ipſe quoque Schulting. ad vocem *condicet* adjecit: *aliud in Legatis. L.* 19. *de Legat.* 2do.

L. XXXIII.

Nullo alio modo, quam per retentionem, impenſas ſervare poſſe.] Vid. *L.* 51. *h. t. L.* 14. §. 1. *comm. divid.* Praxis aliter; ſed fruſtra Jus Civile defendit Huber. *Eun. Rom. p.* 524. (1).

(1) Add. Idem, *in Prael. ad Tit. Inſt. de rer. diviſ.* §. 40. Cujac. *ad Julian. Lib.* XXXIX. *Digeſtor. in expl. h. l.* jungit *L.* 60. *de Legat.* 1°. et, re non deductis impenſis reſtituta, *condictionem incerti* dandam cenſet: quo cum facit Pothier. *in not. ad h. l.* Sed vid. Vinn. *in Comm. ad* §. 30. *Inſt. eod.* et *Sel. Quaest.* I. 24. Deſ. Herald. *de Rer. Judic. auctorit.* II. 23. in Theſ. Otton. *Tom.* II. *p.* 1268. *ſeqq.* Schulting. *Theſ. Controv. Dec.* 17. §. 10. Westenberg. *ad Tit. Pand. de reivind.* §. 30. Gluck. *eod. Tit.* §. 592. *p.* 309. *ſeq.* qui etiam alios laudat.

L. XXXIV.

Is, cui hereditas tota etc.] Vid. Cujac. *ad Julian. Lib.* XL. *Digeſtor. in expl. h. l.*

Et praeterea fundus,] Specialiter.

Et heres ſuſpectam hereditatem etc.] Al. *ſi heres* etc. (1).

(1) Ita Hal. Vid. Gebauer. *h.* — Sequentem *L.* 35. pertinere ad *rem judicatam*, notat Cujac. *ad Lib.* XLV. *Julian. Digeſtor. in expl. h. l.* Ad *condictionem ſine cauſſa*, Voorda, *Interpr. et Emendat.* I. 6. *p.* 20. *Quamvis — est.* Sic etiam alibi ſcriptum. Vid. notata ſuperius ad *L.* 11. §. 5. *ad L. Aquil.*

L. XXXVI.

L. XXXVI.

Ideoque, si pecuniam a servulo accepisset, redimendi furti caussa, posse repeti:] Condictione ob turpem caussam. Vid. *L. pen. et ult. Cod. de cond. ob turp. causs.*

Item si pecunia ejus nomine, a quo pignus acceperat, a servo ei soluta (1) *esset*, etc.] Vid. Gloss. *h.*

(1) Hal. *a servo exsoluta.* Vulg. *a servulo ei soluta*, atque ita fere Codices. Vid. Brencm. *h.* In *pr.* Legis Africanum *insciente domino* dicere pro *ignorante*, notat Otto, *in Alfen. Varo, Cap.* 8. in fin. in *Thes. Jur. Tom.* V. *p.* 1681. quem *ibid. p.* 1679. *seq.* vid. de *magide.* add. De Ajala, *Comm. in L. ult. Cod. de aleator.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1024. *seq.* Brisson. *de V. S.* in voc. et Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. tit. de condict. ob turp. vel injust. causs. num.* 3. secundum quem *magis* vas est, quo farina subigitur. Pro *commodavit* Graecos legisse videri *commendavit*, notat Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XIII. §. 5. Sequitur: *sed si nescisset alienum apud se deponi*, etc. D. Goth. *in not. Al. alienam.* Ita Taurell. in margine, et τὸ *alienum* Flor. ita antique mutatum, testatur Brencm. *h.* Hal. *alienam rem.* — De seq. *L.* 37. vid. Cujac. *ad Julian. Lib.* III. *ad Ursej. Feroc.* JCtum *condictionis* tantum mentionem facere, nec definire, sitne *condictio indebiti*, an *condictio furtiva*, monet Gluck. *d. loc.* §. 827. *not.* 61. *p.* 75.

L. XXXVIII.

Frater a fratre, cum in ejusdem (1) *potestate essent*, etc.] Vid. Cujac. *Tractat.* IX. *ad African. in expl. h. l.* (2). Duaren. *ad hunc tit. Cap.* 6.

Post mortem patris ei solvit:] Chesius, *Different. Jur. Cap.* 57. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 797. *seq.*] ait, eum putasse per errorem, se debere ex *castrensi peculio*, vel simili errore facti solvisse. Sed hoc sequentia refellunt, quae ostendunt de *peculio profectitio* hac lege agi. (3).

Naturalem enim obligationem, quae fuisset etc.] Haec, ut facti, *L.* 41. *de pecul.* non erat patri quaesita. *L.* 44. *de cond. et demonstr. L.* 130. *de verb. oblig.* Sed erat inter commoda peculii, quod debitor pro parte quaesiverat. Chef. *d. loc.* Ad heredem tamen hanc quoque transire, docet *L.* 40. *pr. ad SCtum Trebellian.* Sive effectus hujus obligationis juris esse, et sic in hereditate: et patri quoque jus hoc adquiri potuit. Vid. et Suerin. *Repet. Lection. Jur. Cap.* 10. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 23. *seqq.*] ubi plura ad hanc Legem. (4).

Et ab eo post mortem patris exactum esset,] Facit huc *L.* 30. §. 3. *de pecul.* (5).

Igitur et (6) *si re integra familiae erciscundae agatur*, etc.] Vid. *L.* 29. *de pecul.*

(1) Vulg. inserit *patris.* Porro pro *potestate* Flor. scriptum est *potestatem*, ultima litera *m* antique deleta. Vid. Brencm. *h.* Sed vid. notata superius, *Tom.* I. *p.* 3. *fin. et seq.* Denique in *essent* Flor. ultimae literae *nt* deletae sunt, et *m* reposita, quod tamen Taurell. recte neglexisse, quamvis utrumque ejusdem manus esse videatur, notat Brencm. *d. loc.*

(2) Et in *Recitat. ad L.* 18. *fam. ercisc. Oper. Postum. Tom.* IV. *Part. Prior. p.* 542. *seqq.* Praeter hos Legem hanc etiam exposuerunt Lud. Charond. *Verisimil.* I. 9. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 706. *seq.* Ant. Lescurius, Julius Pacius, Jo. Mercerius, Fr. Davydargenteus, et Marq. Freherus, in *eod. Thes. Tom.* V. *p.* 528. *seqq.* item Vinc. Cabot. *Disputat.* I. 22. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 609. *seqq.* Franc. Ramos del Manzan. in *eod. Thes. Tom.* VII. *p.* 70. *seqq.* Maran. *in ej. Operib. p.* 553. *seqq.* Toullieu, in *Collectan. p.* 46. *seqq.* Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 14. *seqq.* Voet. *ad eund. tit.* §. 20. Van Eck, *Diss. de septem damnat. Legib. Pand. Cap.* 3. in *Supplem. Thes. Meerman. p.* 577. *seqq.* Vid. et Otton. *in Praef. ad Tom.* V. *Thes. Jur. p.* 24. *seq.* Marckart. *Exercitat. de condict. indebit. per error. jur. solut. Cap.* 2. §. 7. in ej. *Exercitat. Academ. p.* 101. *seq.* Gluck. *hoc tit.* §. 829.

§. 829. *p.* 88. *seqq.* qui etiam alios laudavit. add. Idem, *d. loc.* §. 834. *p.* 141. et *p.* 150. *not.* 8. Fugitivam esse, et pertinere ad *condictionem sine caussa*, sunt qui putent. Vid. Wissenbach. *d. loc.* §. 21. De indebito *juris errore* soluto eam quoque intelligit Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 44. §. 3. Sed, mea sententia, haec Lex minus bene huc trahitur, in qua nusquam *erroris* mentio fit, sed unice occupatus est Africanus, ut disquirat, an, et in quantum, id quod solutum erat, sit indebitum. Profecto, sunt casus, quibus indebitum, quolibet errore solutum, repeti possit, veluti si facta solutio est a minore: quibus casibus quaestio de solutione juris aut facti errore supervacanea est, et inutilis, et unice inquirendum, an id, quod solutum est, sit indebitum.

(3) Recte. add. Gluck. *d. loc.* §. 834. *p.* 150. *not.* 8. Sequitur: *Respondit, utique quidem pro ea parte, qua ipse patri heres exstitisset, repetiturum.* Vulg. *respondi.* Vid. Brencm. *h.* Porro, Hotoman. legit *non repetiturum*, sed perperam. Vid. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 204. *seq.* et Toullieu, *d. loc. p.* 50. *seqq.*

(4) Mihi res haec esse videtur. Scil. quum fratres in ejusdem patris essent potestate, nulla inter eos obligatio civilis, vel actio consistere poterat: habebantur enim pro una persona. Hinc ex hoc mutuo nasci tantum potuit obligatio naturalis, quae, quum patri quaesita esset, utpote ad peculium profectitium fratris pertinens, post mortem patris transierat ad heredes ejus, adeoque, quum ambo fratres patri heredes exstitissent, frater, qui pecuniam mutuam acceperat, pro parte sui ipsius debitor et creditor erat factus, et vicissim quoque frater, qui pecuniam mutuam dederat, et proinde pro parte debitum *confusione* erat exstinctum, adeoque plane indebitum, cujus repetitionem JCtus concedit.

(5) Sequitur: *tantum judicio eum familiae erciscundae recuperaturum* etc. Ita Hal. Flor. est *reciperaturum.* Vid. notata superius ad *L.* 33. *de adoption.*

(6) Apud Hal. *et* abest. Vid. Gebauer. *h.*

§. 2.

Nam hic quoque manere naturalem obligationem etc.] Quae hoc casu ob concessionem peculii non adquiritur patri, saltem non efficaciter.

§. 3.

Posse eum repetere existimavit (1).] Tempera ex *L.* 47. *h. t.* (2).

(1) Vulg. *existimavi.* Vid. Brencm. *h.*
(2) Add. Pothier. *in not. ad h. l.* et Gluck. *d. loc.* §. 835. *p.* 180.

L. XXXIX.

Si quis, cum a fideicommissario etc.] Vid. Cujac. *Obs.* XIX. 5.

L. XL.

Nam si quidem ejus causa exceptio datur etc.] Haec distinctio procedit in casibus, quibus obligatio aliqua improbatur a jure nostro, add. *L.* 19. *pr. h. t.* et *L.* 9. §. *pen. de SCto Macedon.* (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Sit igitur regula* etc. et Gluck. *d. loc.* §. 830. *not.* 9. *p.* 100. et *tit. ad SCtum Vellejan.* §. 923. *p.* 462.

§. 1.

Si pars domus, quae in diem etc.]. *Incertum:* dies enim nondum cesserat. Vid. seqq.

Posse incerti condici, quasi plus debito dederit.] Vid. *L.* 60. *de Legat.* 1°. Facit huc *L.* 21. *ad SCtum Trebellian.* (1). Aliter Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 26. *Error.* 10.

(1)

(r) Add. Vinn. *ad* §. 30. *Inst. de rer. divis. num.* 4. et *Select. Quaestion.* I. 24. Certe, quum tempore Marciani, nondum exaequatis Legatis et fideicommissis particularibus, dominium ex fideicommisso particulari demum *traditione* in fideicommissarium transiret, heres, domum fideicommissario tradens, eam fecerat accipientis, adeoque *solverat*, et quidem solverat plus debito, neque adeo mirum, heredi repetitionem a Marciano concedi. Sed videtur etiam jure Justinianeo cum tali herede mitius agendum, quia fecit impensas eo tempore, quo adhuc dominus erat domus, et hac mente, ut, si dominium a se recederet, impensas illas sibi servaret.

L. XLI.

Quod pupillus sine tutoris auctoritate stipulanti promiserit, solverit, repetitio est:] Vid. *L.* 29. *h. t.* *Sine tutoris.* Lege; *si sine.* Basilic. ἐὰν χωρὶς (1).

Quia nec natura debet.] Vid. *L.* 59. *de oblig. et action.* Facit huc *L.* 9. §. 5. *de reb. cred.* et hoc capiendum eo sensu, ut pupillo noceat: alioquin enim, si intellectum habeat, naturaliter obligatur, et aliis potest nocere. *L.* 25. §. 1. *quando dies legat.* *L.* 21. *ad L. Falcid.* *L.* 1. §. 4. *de novation.* Vinn. *de Pactis*, *Cap.* 14. *num.* 11. *et* 12. et *Partition. Jur.* II. 2. Vid. et late Averan. *Interpr. Jur.* II. 14. (2).

(1) Sic etiam Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 44. §. 9. et in *Enarrat. tit. de pactis*, §. 18, *p.* 298. item Pothier. *in not. ad h. l.* Hal. et Vulg. *promiserit, et solverit.* Vid. Brencm. *h.* Sic quoque Joach. Joh. Schwartz. *Spec. Obs. ad varia JCtor. Vett. Fragm. Cap.* 3. §. 4. Lugd. Batav. 1750. qui τὸ *et* repetit ex ultimis literis vocis praecedentis *promiserit*. Suppressam hic, ut et alibi, per ellipsin particulam *et*, mavult C. A. van Wachendorff. *Obs. ad LL. quasd. ex Jur. Civ. Cap.* 3. §. 2. in Nov. Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 173. quod probat Gluck.

Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. tit. de pactis*, §. 288. *not.* 73. *p.* 62.

(a) Add. Schulting. *in Enarr. tit. de pactis*, *loc. cit.* et Westenberg. *de Caussis Obligation. Diss.* I. *Cap.* 4. §. 14. *seqq.* Neque adeo necesse, de pupillo nondum pubertati proximo Legem hanc intelligere cum Houck. *Diss. de Ration. Vett. JCtor. falso suspect. Cap.* 3. §. 4. in Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 360. *seq.* quamvis idem velle videatur J. C. van Wachendorff. *Diss. de Pact. nudis*, *Cap.* 2. §. 2. in ej. *Triad. Diss. p.* 433. et D'Arnaud. *Variar. Conject.* II. 22. Perperam vero Cujac. *ad L.* 127. *de V. O.* pupillos *naturaliter* obligari non putat, nisi in quantum facti sint locupletiores; licet ita quoque sentiat Hub. Giphan. *in Lectur. Altorphin. ad L.* 46. *de oblig. et action. p.* 630. *seqq.* Rittershus. *ad pr. Instit. de auctorit. tutor.* Idsinga, *de mutuo*, *et vet. literar. oblig. Cap.* 5. §. 7. in Novo Thes. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 159. Sed vid. Vinn. *de Pactis*, *loc. cit.* et *ad* §. 9. *Inst. de inutil. stipul.* Dissensisse hac in re Sabinianos et Proculianos, censet Merill. *Obs.* VII. 4. et *Variant. ex Cujac.* I. 20. add. Mascov. *de Sect. Sabinian. et Proculian. Cap.* 9. §. 14. Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 4. §. 158. *p.* 299. *seq.* Gluck. *loc. modo cit. p.* 62. *seqq.* ubi etiam alios laudavit, qui de hac quaestione egerunt. add. Lud. Charond. *Verisim.* I. 19. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 731. Os. Aurel. *Dispunct.* 20. in eod. Thes. *Tom.* III. *p.* 740. *seqq.* Jac. Constantin. *Subtil. Enodat.* II. 30. in eod. Thes. *Tom.* IV. *p.* 631. Wieling. *Praetermiss. ad Labitt. et Schmucc.* in *jurispr. restit. p.* 221.

L. XLII.

Poenae non solent repeti, *cum depensae sunt.*] D. Goth. *in not.* „ *L.* 46. *de reg. jur. Vid. Cujac. Obs.* VIII. „ 39. *L.* 22. *de pign. act.*" add. *L. unic.* §. 2. *ad L. Jul. ambit. L.* 74. *de Solution.* (1).

(1) Intelligenda scil. haec Lex de poenis, quae tempore solutionis quidem debebantur, sed quae deinceps vide-

deri possent indebitae factae. Exempla sunt in *LL. citt.* Alia habet Jac. Gothofred. *ad d. L.* 46. *de reg. jur* add. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 18. et Gluck. *hoc tit.* §. 831. *p.* 106. *seq.* Aliter Noodt. *ad h. t. Pand.* in fin. quem refutavit Voorda, *Interpr. et Emend.* I. 6. ubi hanc Legem jungendam esse docuit *Legi* 3. §. 14. *de tabb. exhib.* et fugitivum hoc dictum ad *condictionem sine caussa* retrahendum.

L. XLIV.

Repetitio nulla est ab eo, qui suum recepit, etc.] Pone casum ex *L.* 66. *de Solution.* ubi forte idem a Pomponio ad Plautium casus tractatus; vel ex *L.* 12. 19. cum similibus *de novation.* et *L.* 26. §. 12. *in fin. h. t.* ad quales casus hoc referendum censet Brisson. *de solution. et liberation. Lib.* II. [in ej. *Oper. Minor. p.* 151.] ubi putat, male Tribonianum hoc generaliter posuisse.

Suum] D. Goth. *in not. an rem propriam, ut Stella, sentit? an suum debitum, ut Albericus, et Zasius* etc.? Posterius potius, et quidem a non debitore solutum *nomine debitoris.* Facit huc *L.* 8. *h. t. L.* 36. *in fin. L.* 65. *in fin. eod.* add. *L.* 31. *pr. de heredit. petit.* Late Herald. *Obs. Cap.* 24. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1340.] (1). Lopez. *Animadv. Cap.* 13. [in eod. Thes. *Tom.* III. *p.* 458. *seq.*] intelligit *suum* in specie. (2).

Tametsi ab alio, quam vero debitore etc.] Debitore tamen debitoris, Charond. *Verisim.* II. 15. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 765. *seq.*] (3).

(1) Sic etiam Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 44. §. 6. et Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Hactenus apparet* etc. add. Cujac. *Obs.* VIII. 9. Duaren. *ad hunc tit. Cap.* 7. Grotium, *in Flor. Sparsion. p.* 155. Perez. *in Prael. ad h. t. Cod. num.* 12. Gluck. *d. loc.* §. 829. *p.* 86. *seqq.* qui etiam alios laudavit. Antinomiam inter hanc Legem et *L.* 19. §. 1. *eod.* statuit Budaeus, *in Annotat. ad L. ult. de aedilit. edict.*

(2) Quem sequitur Bachov. *ad Treutl. Vol.* I. *Disp.* 22. *Thes.* 7. *Lit. b. p.* 869. Pari modo Regius, *Enantioφ.* I. 12. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1485. *Suum*, id est, id cujus ipse dominus est, Grangian. *Paradox. Jur. Civ. Cap.* 19. in eod. Thes. *Tom.* V. *p.* 624.

(3) Lyclam. *Membran.* VI. 17. *alium* accipit de possessore rei.

L. L X V.

Javolenus Lib. II. *ex Plautio.*] Junge *L.* 8. *de hered. vel act. vend.*

L. X L V I.

Eadem causa rerum corporalium est.] Sic *L.* 95. *de Legat.* 3°. (1).

(1) Τὸ *ait*, in praecedentibus verbis, apud Hal. et Vulg. abest. Vid. Gebauer. *h.* Ad Plautium illud refert Bynkersh. *Obs.* VIII. 1. *in fin.*

L. X L V I I.

Qui pro te fidejusserat,] De facto, sine jure.

Quoniam potes videri id ipsum mandasse, etc.] Add. Sande, *de Action. Cession. Cap.* 7. *num.* 11. (1).

Sin autem fidejussor suo nomine solverit, quod non debebat, ipsum a stipulatore repetere posse:] Quod indistincte traditur in casu *L.* 3. §. 7. *de pecul.* Facit huc *L.* 15. *de in rem verso.*

(1) Et Chesi. *Different. Jur. Cap.* 28. *num.* 6. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 700.

L. X L I X.

Quibus quoque modo soluta est,] Etiam per aliam personam

nam intervenientem. Vid. *L.* 6. §. 1. *L.* 57. §. 1. *h. t.* Facit huc *L.* 13. *Cod. si cert. petat.* (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Sequens locus* etc. — Ad seq. *L.* 50. vid. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 292. *seq.*

L. LI.

Ex quibus caussis retentionem quidem habemus, etc.] Vid. *L.* 33. *h. t.* (1).

(1) Add. Majans. *loc. modo cit. p.* 316. *seq.*

L. LII.

Damus aut ob caussam, aut ob rem.] Vid. *L.* 1. *de condict. ob turpem vel injust. causs.* add. Cujac. *in Parat. ad h. t. Cod.* (1).

(1) Et Majans. *d. loc. p.* 413. *seq.*

L. LIII.

Si ipse servus peculiares nummos dedit, etc.] Vid. *L.* 3. §. 8. *et* 9. *de condict. causs. dat. causs. non sec.* (1).

Sed tam benignius, quam utilius est, etc.] Haec a Triboniano esse, putat Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Part.* II. *Disp.* 27. *Thes.* 2. *Lit. e. p.* 725. (2).

(1) Sequitur: *eosque non per condictionem, sed in rem actione* etc. Pari modo Aurel. Victor, *Epitom. Cap.* 10. *num.* 4. *per theatra et castris*, ubi vid. Arntzen. et auctores ibi citt. Hal. *non condictione, sed in rem vindicatione.* Vulg. *non per condictionem, sed per in rem actionem.* Flor. *in rem vindicationem* legi, annotat Hug. a Porta; quod unde habeat, se ignorare fatetur Brencm. *h.*

(2) Add. de hac Lege Gluck. *d. loc.* §. 834. *not.* 2. *p.* 147. *seq.* — Ad seq. *L.* 54. vid. Cujac. *ad Papinian. Lib.* II. *Quaestion.* Maximis laudibus Papinia-

nianum efferre Duarenum, quod una hac regula totam fere summam materiae de condictione indebiti complexus sit, notat Otto, *in Papinian. Cap.* 11. §. 8. *p.* 348.

L. LV.

Idem Lib. VI. *Quaestionum.*] Agens de *petitione hereditatis.* (1).

1 *Quod mercedis nomine ceperit* (2) *ab eo, qui solvit, non repetetur:* etc.] Facit huc Matth. *de Auction.* II. 6. *num.* 16.

Sed domino erit obligatus.] Praedo, petitione hereditatis, quae etiam personalis actio est. Vid. Cujac. *ad Papinian. Lib.* VI. *Quaestion. in expl. h. l.* (3).

Nam si servus non locatus *mercedem*, etc.] *Collocatus* legit Salmas. *de Usur.. Cap.* 7. *p.* 160. notatus a Fabrot. *ad Cujac. Parat. ad tit. Cod. de usur.* (4).

Quod ergo dici solet, praedoni fructus posse condici, tunc locum habet, cum domini fructus fuerunt.] Sed non, cum percepti sunt per alium ex contractu cum praedone. Vid. *L.* 22. §. 2. *de pignerat. action.* et Cujac. *d. loc.* (5).

(1) Vid. Cujac. *loc. a Schulting. cit.*

(2) Hal. et Vulg. *acceperit.* Male: *capi* enim Latinis dici, quae ex praediis redeunt, ex Cicerone, Terentio, Nepote, probat Duk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

(3) Sequitur: *Item mercedibus servorum*, etc. Hal. et Vulg. *Item in.* Forte τὸ *in* omissum ob literam praecedentem *m.* Vid. notata superius ad *L.* 2. §. 19. *de orig. Jur. not.* 1.

(4) Vid. et Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 44. §. 9. *Nam* hic dici pro *sed*, notat Pothier. *ad h. l.*

(5) Add. Altamiran. *ad Lib.* IV. *Scaevol. Quaestion. in expl. L.* 18. *de condict. furtiv. num.* 6. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 420. seq.

L. LVI.

Quia potest Titio decedente perpetua fieri exceptio, quae ad tempus est,] Hinc colligunt, ea, de quibus non constat, perpetua, an temporaria futura sint, praesumi fore perpetua. Vid. Jason. *h. not.* 2. (1).

Ita prorsum defensio juris, quae caussam incertam habet, condictionis instar obtinet.] Lege *conditionis*, et sic Cujac. *ad Papinian. Lib.* VIII. *Quaestion. in expl. h. l.* (2).

(1) Praecedit: *nam si qui, ne conveniatur,* etc. Hal. *nam si quis.* Vulg. *nam qui.* Vid. Brencm. *h.* qui prius praefert. Sed non opus, quum *si qui* pro *si quis* saepius etiam apud bonos auctores legatur. Vid. Duk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. add. Drakenborch. *ad Liv.* III. 17. §. 7. et Arntzen. *ad Aurel. Victor. de Orig. gent. Rom. Cap.* 21. *num.* 4.

(2) Sic etiam Hal. et Vulg. probante Brencm. *h.* Non tamen haec emendatio satisfacit Bilderdykio, *Obs. et Emendat. Cap.* 26. *p.* 177. *seqq.* qui legit: *Ita rursus* (id est, *contra*) *suspensio juris, quae caussam incertam habet, condictionis jus obtinet.*

L. LVII.

Impuberis condictio est.] Exceptio in *L.* 67. §. 1. *h. t.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* III. *Papinian. Responsor. in expl. h. l.*

L. LVIII.

Post acceptam sine judice pecuniam,] Vid. *L.* 36. *fam. ercisc.* et *L.* 1. *Cod. h. t.* (1).

Indebiti fideicommissi repetitio erit.] Ratio in *L.* 3. *si ingen. esse dicet.* (2).

(1) Add. Cujac. *ad Papinian. Lib.* IX. *Responsor. in expl. h. l.*

(2) Add. Pothier. *in not. ad h. l.* Vid. et Chef. *Interpr. Jur.* I. 23. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 130. *seqq.* Regius, *Enantioφ.* l. 6. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1482. Majans. *Disp.* XXXIV. *num.* 22.

L. LIX.

Si fidejussor jure liberatus, etc.] *Praetorio* (1).

(1) Per exceptionem *pacti*, vel *doli*, pactus, ne a se petatur, vel liberatus tempore. Nam, quoties fidejussor *ipso jure* liberatur, etiam liberatur debitor principalis. *L.* 13. §. 7. *de acceptilat.* Additur: *solverit errore pecuniam.* Ignarus exceptionis pacti, vel heres fidejussoris pacti ignarus. Sic Cujac. *ad Papinian. Lib.* II. *Definition. in expl. h. l.* et Marckart. *Exercit. de condict. indeb. per error. jur. solut. Cap.* 2. §. 5. in ej. *Exercitat. Academ. p.* 97. *seq.* Sed heredem fidejussoris solvisse, vix fingi potest, quum nulla fiat heredis mentio. Quodsi ipse fidejussor solverit, error ejus foret ignorantia *facti proprii.* Sed hanc quoque nonnunquam excusari, docet Bav. Voorda, *Thes. Controv. Dec.* 1. §. 10. Egit de hac lege etiam Gluck. *d. loc.* §. 834. *p.* 141. De *juris* errore hanc quoque Legem accipit Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 44. §. 3. De verbis *naturale vinculum* vid. Merill. *ad L.* 9. §. 4. *seqq. de reb. cred.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 665.

L. LX.

Julianus verum debitorem etc.] Vid. Cujac. *ad Paul. Lib.* III. *Quaestion. in expl. h. l.* Lopez. *Animadv. Cap.* 14. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 459. *seq.*] (1).

Post litem contestatam,] Magis igitur ante. *L.* 8. §. 1. *rem ratam haber.*

Manente adhuc judicio,] Secus, si post. Facit huc *L.* 43. *h. t.*

Licet enim absolutus sit,] Postea.

Na-

Natura tamen debitor permanet:] Nec sententia convellitur, qua creditor vetitus est petere; sed de caussa repetendae solutae pecuniae agitur: et non est novum, ut post sententiam alia occasione de ejus justitia quaeratur, ut *L.* 10. §. 3. *de edendo. L.* 52. §. *ult. pro socio. L.* 29. §. 1. *de stat. liber. L.* 51. *pr. de eviction.* (2).

(1) Vid. et Ant. Fab. *Conjectur.* IV. *ult. num.* 6. *seqq.*
(2) Add. Jos. Fern. de Retes, *Opusc.* VIII. 18. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 403. *seq.* et citatos superius ad *L.* 28. *h. t.*

L. LXI.

Creditoribus autem aliis in id, quod amplius sui debiti solutum est, teneri.] Facit huc *L.* 53. *in fin. h. t. L. ult.* §. 6. *Cod. de jure deliber.* Mevius, *Decision. Part.* VIII. *Dec.* 102. *not.* 10. accipit de casu, quo hereditas sufficit: de quo dubito, contra in Lege. (1).

(1) *Dissertationem ad h. Legem* conscripsit Joh. Weerts, Lugd. Batav. 1791.

L. LXII.

Quia tamen a sciente fidei explendae *caussa promissum esset,*] Facit huc *L.* 38. *de fideicommiss. libertat.*

L. LXIII.

Velut si is, qui, cum certum hominem deberet, statuliberum dederit: nam ideo eum non liberari, etc.] Alii contra. Vid. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* Forte hic factum aliquod ipsius debitoris intervenit. Vid. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Part.* II. *Disp.* 29. *Thes.* 2. *Lit. e. p.* 1024. (1).

Nec tamen repetere eum posse, quod debitum dederit,] G. Forner. *Selection.* III. 26. in Thes. Otton. *Tom.* II.

p. 116. distinguit, utrum ex causa lucrativa, an onerosa debeatur, et de onerosa accipit hanc Legem, ut et *L.* 92. *de solution.*

(1) Et Pothier. *in not. ad h. l.* In praecedentibus verbis pro *ut quis* Hal. habet: *ubi si quis.* Vulg. *ubi quis.* Vid. Brencm. *h.* — In seq. *L.* 64. Flor. scriptum est: *quamvis existimans ei aliqua teneri actione.* Hal. edidit: *quamvis existimet ei se aliqua* etc. Sed *existimans*, an *existimet* legas, nullum facit sensus discrimen: neque etiam necesse τὸ *se* inseri, quippe quod saepius omittitur, ut plurimis exemplis probat Duk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. add. notata superius ad *L.* 35. *de pactis*: alioquin ope geminationis legi posset: *existimans se ei* etc. Vid. Rucker. *Obs. Cap.* 3. §. 13. *p.* 107. Sequitur: *ut enim libertas* etc. ad quae verba vid. Cujac. *in Not. Posterior. ad tit. Inst. de Jur. personar.* add. Lud. Charond. *Verisim.* I. 1. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 685. et Maran. *ad L.* 38. *h. t.* in ej. *Operib. p.* 534.

L. LXV.

§. 1.

Nam si lis fuit, hoc ipsum, quod a lite disceditur, caussa videtur esse.] Vid. Mornac. *ad L.* 13. *de stat. homin.* Carpzov. *Definit. Forens. Part.* I. *Const.* 1. *Def.* 9. Pollet. *Hist. For. Rom.* V. 17. add. Sid. Apollin. *Epist.* V. 13. Dio Chrysost. *Orat.* XL. *p.* 493.

Sin autem evidens calumnia detegitur, et transactio imperfecta est, repetitio dabitur.] Facit huc *L.* 6. *Cod. Theod. de pact. et transact.* [*Tom.* I. *p.* 150.] et *L.* 25. *pr. de minor. Et transactio imperfecta est, et repetitio dabitur*, ope geminationis, legit Noodt. *Obs.* II. 16. et *de pactis, Cap.* 3. *in fin.* (1).

(1) Et *ad h. t. Pand.* VI. *Ut autem* etc. probante Pothier. *in Pand. Justin. hoc tit. num.* 30. *in not.* et im-

imperfecta explicat *inefficax.* Τὸ *et* per ellipsin suppressum, mavult C. A. van Wachendorff. *Obs. ad LL. quasd. ex Jur. Civ. Cap.* 3. §. 2. in Nov. Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 173. Emendationis quoque non meminit Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 44. §. 7. neque Leyser. *Medit. ad Pand. Spec.* 47. *Med.* 8. *et seq.* Sed Hal. edidit: *et repetitio* etc. et τὸ *et* facile excidere potuisse ob praecedens *est*, notat Brencm. *h.*

§. 3.

Idem et si hereditatem adiri nolui, etc.] Vid. *L.* 1. §. 1. *de condict. causs. dat. causs. non sec.* (1).

(1) Ad seq. §. 6. vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Hoc loco* etc. add. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* et Suerin. *Repetit. Lection. Jur. Cap.* 44. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 90. *seq.* Nic. Catharinus, *Obs. et Conject.* III. 13. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 786. addendam putat negationem, et forte legendum: *in frumento indebito soluto non bonitas, si consumtum sit, sed frumenti pretium repetetur.* Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 13. *p.* 423. legit: *et bonitas est* (scil. repetenda) *at, si consumtum sit frumentum, pretium repetendum.* Hal. *et bonitas est repetenda.* Vulg. pro *consumsit* habet *consumtum sit.* Vid. Brencm. *h.* — In seq. §. 7. etiam nunc Flor. esse: *quanti locare potuit*, adeoque rescribi posse: *quanti locari potuit*, notat Brencm. *h.* quamvis Taurell. quoque *potui* ediderit, et ita etiam habeat Hal. add. de hoc §. Gluck. *d. loc.* §. 835. *p.* 175. — In seq. §. 8. pro *sed propter operas* etc. Hal. habet: *nisi propter operas* etc. Vid. Gebauer. *h.* Non tamen opus: potest enim *sed* sensu *nisi* accipi. Vid. Val. Guil. Forster. *Obs. Succisiv.* I. *ult.* in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 927. quemadmodum vicissim *nisi* nonnunquam pro *sed* ponitur. Vid. Forster. *d. loc. p.* 926. add. Burman. *ad Sueton. Tom.* II. *p.* 142. Vid ad hos §§. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Ab eodem temperamento* etc. et de §. 8. Gluck. *d. loc.* §. 827. *not.* 61. *p.* 74. *seq.* add. Altamiran. *ad Lib.* IV. *Scaev. Quaest. in expl. L.* 18. *de condict. furtiv. num.* 7.

in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 421. et Ches. *Interpr. Jur.* II. 23. *num.* 6. *seqq.* in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 459. *seq.*

§. 9.

Aut si id, quod alius debebat, alius, quasi ipse debeat, solvat.] Aliud in *L.* 44. *h. t.* (1).

(1) Ad quam vid. notata. Ad vocem *omnino*, quae praecedit, Hal. in margine notavit: *alias homini*. Ita scil. Flor. correctum est ab otiosa manu. Vid. Brencm. *h.*

L. LXVI.

Haec condictio ex bono et aequo introducta,] *Naturalis* dicitur in *L.* 15. *pr. h. t.* (1). Quales quatuor enumerat Cujac. *Tract.* II. *ad African. in expl. L.* 23. *de reb. cred.* Sed, an non sint plures, dubito ob *L.* 32. *eod.*

Quod alterius apud alterum sine caussa deprehenditur, etc.] Facit huc Cicero, *de Offic. Lib.* III.

(1) Add. Cujac, *ad Papinian. Lib.* VIII. *Quaestion. in expl. h. l.*

L. LXVII.

§. 1.

Et tutelae judicio pupillo non imputavit:] Aliter secus. Vid. *L.* 57. *pr. h. t.*

§. 2.

Bona sua privatim *facta venditione Maevio concessit,*] Quam publice olim fieri moris fuit. Vid. Theophil. *in Paraphr. ad tit. Instit. de succession. sublat.* etc.

Quaesitum est, cum postea reperiantur apochae apud Ti-

Titium debitorem partim solutae pecuniae, etc.] Videtur aliquid deësse (1).

Respondit (2), *secundum ea, quae proponerentur, ei, qui postea solvisset.*] Vid. *L.* 19. *in fin.* *L.* 25. *h. t.*

(1) De quo dubito. *Partim* etiam alibi citra geminationem usurpari, supra jam notavi ad *L.* 2. §. 24. *de orig. jur. not.* 4. et *ibid.* in *Addend. p.* 612. Sequitur: *pecuniae indebitae solutae.* Pro quo Brencm. *h.* legit: *pecuniae indebite solutae.* Simile mendum supra habuimus in *L.* 5. §. 3. *de Jurejurand.*

(2) *Respondi* Hal. hic et alibi in hac Lege. Vid. Gebauer. *h.* — In seq. §. 3. pro *pariationibus* Vulg. habere *partionibus*, vocis ignoratione, notat Brencm. *h.* add. Ant. Augustin. *Emendat.* IV. 12. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1543. et Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. tit.* 4. §. 9. *p.* 206. *Pactionibus* etiam habere Cod. Pand. Erlang., sed male, observat quoque Gluck. *d. loc.* §. 832. *not.* 29. *p.* 109. Pothier. *in not. ad h. l. pariationes* vertit *soldes de comptes.*

§. 4.

Et (1) *Gaji Seji minoris heres adversus* Publium Maevium etc.] D. Goth. *in not.* „*L. Titium. Hotoman. Obs.* V. 13." Imo, V. 24. Sed dici potest, P. Maevium heredem fuisse L. Titii, quae etiam est secunda conjectura Glossae (2). Alii dicunt, JCtos saepe nomina confundere. Vid. Bynkersh. *Obs.* I. 22.

(1) Apud Hal. *et* abest. Vid. Gebauer. *h.*

(2) Vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 44. §. 9.

TITULUS VII.

DE CONDICTIONE SINE CAUSSA. (1).

(1) De caussa hujus actionis vid. Westenberg. *de Causs. obligation. Diss.* VII. *Cap.* 4. §. 7. *et* 8. et Gluck. *Ausf. erl. der Pand. hoc tit.* §. 836. *p.* 209. *seq.* Imo *condictionem sine caussa, indebiti, caussa data caussa non secuta*, etc. revera unam eandemque actionem esse, censet J. da Costa, *Diss. supra laud. de Condictionibus*, Lugd. Batav. 1818.

L. I.

Vel si solverit quis indebitum:] *Vel solverit quid indebitum*, Best. *de Rat. emend. LL. Cap.* 24. *num.* 5. Quid opus. (1).

(1) Tò *si* etiam apud Hal. abest. Vid. Gebauer. *h.*

§. 1.

Caussa tamen secuta non est,] Vid. *L.* 4. *h. t.*

L. II.

Nisi forte, quasi sine caussa datum, sic (1) *putamus condici posse* (2).] Facit huc *L.* 1. *in fin. h. t.* Ergo etiam condictio sine caussa, quae ex bono et aequo est, cum aliis actionibus concurrit; quod negat Cujac. *Tractat.* II. *ad African. in expl. L.* 23. *de reb. cred.* (3).

(1) Hal. *datum sit, putamus* etc. Vid. Brencm. *h.*
(2) Vulg. addit: *ei pretium vestimenti.* Vid. Brencm. *d. loc.*
(3) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 44. §. 10. Et Pothier. *in not. ad h. l.* Vid. tamen Gluck. *d.* §. 836. *p.* 184. *seqq.* Pro *lavanda* in *pr.* Legis Hoffman.

Me-

Meletem. ad Pand. Diſſ. XIII. §. 6. legit *laevanda*, id est, polienda. add. Gluck. *d. loc. p.* 201. *ſeq. not.* 44. ubi et de *fullone.* — Ad ſeq. *L.* 3. vid. Cujac. *ad Lib.* VIII. *Julian. Digeſtor.* Pro *incerti conſequetur, ut quinque liberetur,* ut in fin. Legis Flor. ſcriptum est, Hal. et Vulg. habent: *incerti condictione conſequetur,* vel *conſequitur, ut in quinque liberetur. In quinque* pleraque quoque MSS. Vid. Brencm. *h.*

L. IV.

An causſa, propter quam datum ſit (1), *ſecuta non ſit.*] Vid. *L.* 1. §. 1. *h. t.* (2).

(1) Hal. *propter quam quid datum est.* Vid. Gebauer. *h.*
(2) Add. Cujac. *Tractat.* VIII. *ad African. in expl. h. l.*

L. V.

Avunculo nuptura, etc.] Add. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 2. qui non valde placet (1). *Avunculo*: patruo enim poterat tempore Papiniani. Vid. ad *L. ult. Cod. de inc. et inutil. nupt.* (2).

Sed (3) *recte defendi, non tam* (4) *turpem causſam in propoſito, quam nullam fuisſe.*] Add. Fab. *Cod.* IV. 5. *Def.* 2. et Briſſon. *de Jure connubior.* [in ej. *Oper. Minor. p.* 372.]

Non enim ſtupri,] Inceſtuoſi ſcil.

(1) Pluribus de hac Lege egerunt Cujac. *ad Lib.* XI. *Papinian. Quaestion.* et Joſ. Fern. de Retes, *Opuſc.* II. 2. *Cap.* 9. §. 6. *ſeqq.* in Theſ. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 141. *ſeq.*
(2) Ubi ad verba: *ut fratris filiam, vel ſororis,* notavit: „ *quae antea fuere licitae nuptiae. Vinn. Sel. Quaest.* II. 13. *Verum id in fratrum filiabus, non ſororum. Vid. Jac. Gothofred. ad L.* 1. *Cod. Theod. h. t. Collat. LL. Moſ. et Rom. Tit.* 6. §. 6." Add. Schulting. *ad d. loc. Collat. not.* 21. Joſ. Fern. de Retes, *d. loc.* §. 9. Noodt. *Obſ.* II. 5.

Westenberg. *in Div. Marco*, *Diss.* IX. §. 5. *p.* 106. *seqq.* Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 3. §. 20. qui etiam alios citat.

(3) Vulg. inserit *reor*. Vid. Brencm. *h.* qui τὸ *defendi* mavult accipi pro Praeterito Activo. Sed Duker. *ibid. in not.* Infinitivum esse putat, et pendere a superiore *dixi*.

(4) *Tam* inserunt quoque Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* Sed Flor. abest, et saepius omittitur. Vid. notata superius ad *L.* 12. *de offic. Praesid.* et ad *L.* 27. §. 1. *de pactis.* add. Franc. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. et Pap.* I. 25. §. 1. in Thes. Meerman. *Tom.* V, *p.* 113. et Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 1.

Atquin vel (1) *magis in ea specie nulla caussa dotis dandae fuit. Condictio igitur competit.*] Ratio clara. De ea Huber. *Eun. Rom. p.* 527. Sed quae habet, sunt facilia (2).

(1) Apud Hal. *vel* abest. Vid. Gebauer. *h.* Ad verba praecedentia; *quoniam Jure gentium incestum committitur*, vid. Brisson. *loc. modo cit.* et Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Nunc age* etc. De voce *incestum*, in neutro genere, vid. Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 338.

(2) Vid. tamen Gluck. *d. loc.* §. 836. *p.* 189. *seq.* Egit etiam hac de re Ramos del Manzan. *loc. modo cit.* II. 17. *num.* 4. *p.* 178.

LIBER TERTIUS DECIMUS.

TITULUS PRIMUS,

DE CONDICTIONE FURTIVA.

Condictitia vocatur *L*, 13. §. 2. *de jurejurand.* (1).

(1) In *L.* 1. pro *in furtiva re soli domino condictio competit*, forte legendum; *in furtiva re sola domino* etc. conjicit Clar. M. Tydeman. arg. §. 14. *Inst. de action.* et *L.* 12. *usufr. quemadm. cav.* Late hac de re egit Gluck. *Ausf. erl. der Pand. hoc tit.* §. 837. *p.* 211. *seqq.* qui etiam alios citat. add. Maran. *in Parat. ad h. t. Pand.* Quamvis autem haec actio detur *domino*, non tamen hic requiri exactam illam dominii probationem, quam desiderat reivindicatio, docet Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 45. §. 1. add. Gluck. *d. loc. p.* 213. Multos Veterum etiam *commodatario* hanc condictionem concesisse, colligi potest ex *L. ult.* §. 3. *Cod. de furtis.* Vid. Merill. *ad L. Decis. Justin. p.* 36. add. Schulting. *d. loc.* §. 2. *in fin.* et Pothier. *in not. ad L.* 12. §. 2. *h. t.*

L. II.

Quamvis cum eis agi non possit.] Ob beneficium abstinendi. *L.* 57. *de adq. vel omitt. hered.* (1).

(1) Pro *condictioni* in initio Legis Al. habere *condictione*, notat D. Goth. Ita scil. Hal. et alii etiam editores. Vid. Brencm. *h.* qui id probat. — Ad seq. *L.* 3. vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Reliquum est* etc.

L. IV.

Vel filiusfamilias,] Haec Triboniano adscribit Faber, de

de Errorib. Pragm. Dec. 78. *Error.* 3. et *Dec.* 79. *Error.* 9. Sed vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Interea obſervandum* etc. Notatur etiam a Bachov. *Adv. Fab. d. Dec.* 78. *Error.* 3. *num.* 3. (1).

Condicendum est domino (2) etc.] Ipſe ſervus actione civili non potest conveniri. *L.* 107. *de reg. Jur.*

Id, quod ad eum pervenit:] Vid. *L.* 3. §. 12. *de pecul.* In caſu filiifamilias in ſolidum dari contra patrem, quatenus est in peculio, est qui putet; ſed male. (3).

In reſiduum (4), *noxae ſervum dominus dedere potest.*] Quod et occaſione actionum ex contractu fieri potest.

(1) Et *de Actionib. Disp.* IV. *Theſ.* 22.
(2) Vulg. *a domino.* Vid. Brencm. *h.*
(3) Vid. Bachov. *Adv. Fab. d. Dec.* 78. *Error.* 2. *num.* 2. in fin. add. Noodt. *loc. cit.*
(4) Hal. inſerit *autem.* Vid. Geb. *h.* add. de his verbis Pothier. *in not. ad h. l.* De locutione *noxae dedere* vid. notata ſuperius ad *L.* 1. §. 11. *ſi quadr. paup. fec. dic. not.* 3.

L. V.

Nunquam enim ea condictione alius, quam qui fecit, tenetur, aut heres ejus.] Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 78. *Error.* 2. *num.* 3. putat, hic excludi tertios poſſeſſores, vel intelligi condictionem fůrtivam ordinariam, a qua differt illa in *L.* 3. §. 12. *de pecul.* (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Interea obſervandum* etc. Legis verba mihi quidem adeo clara et aperta videntur, ut reliqua loca, ubi condictio adverſus alios conceditur, de alia condictione, vel actione, intelligenda putem.

L. VI.

Ope conſiliove] Dele τὸ *ve* (1). Vid. Bachov. *loc. mox cit.*

Con-

Condictione non tenebitur,] Obstat *L.* 53. §. 2. *de V. S.* Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Part.* II. *Disp.* 30. *Thes.* 3. *Lit. d. p.* 1087. *seq.* censet, hic agi de eo, qui solum dedit consilium, non vero operam in actu adhibuit: et verba *ope consilio* etiam alibi copulari, ubi de *consilio* tantum agitur. (2) *L.* 36. *de furtis.* add. Jan. a Costa, *ad* §. 11. *Inst. de oblig. quae ex del.* — Hoc esse et sententia Veterum (3) vult Perrenon. *Animadv.* I. 21. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 618.]

(1) In Codice Flor. absque hac particula simpliciter legitur: *ope consilio*, et sic etiam legitur in aliis editt. Gothofr. Hal. et Vulg. habent: *ope et consilio.* Vid. Brencm. *h.*

(2) Pari modo Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 45. §. 6. secundum quos adeo is, cujus *ope* furtum factum est, condictione tenetur, non vero is, cujus *consilio* tantum. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Interea observandum* etc. simpliciter ait, eum, cujus ope consilio furtum factum est, condictione furtiva non teneri. Alii etiam aliter. Vid. Gluck. *d. loc.* §. 838. *p.* 228. *seq.* Dixi hac de re meam sententiam in *annotat. ad d. L.* 53. §. 2. *de verb. signif.*

(3) Qui verba *ope consilio* conjunctim acceptssent. Contra, Labeo disjunctim. Sed vid. *annot. meas ad d. L.* 53. §. 2.

L. VII.

Si pro fure damnum decisum sit (1), *condictionem non impediri* etc.] Aliud circa poenam, cum de re principali transactum. Vid. *L.* 2. *pr. si quis caution. jud. sist. non obtemp.* Leonin. *Emendat.* V. 16.

(1) Eadem locutio etiam occurrit *L.* 9. §. 2. *de minor.* ubi vid. notata. add. Brisson. *de V. S.* voc. *decidere.* Hal. habet *pro furto.* Male. Vid. Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 4. §. 3. in *Jurispr. restit. Wieling. p.* 73.

§. 1.

§. 1.

Furti actio poenam petit legitimam:] Vid. *L.* 3. §. 2. *stellionat.*

§. 2.

Quia rei habet persecutionem,] Haec vera ratio. add. *L.* 10. *ad SCtum Vellej. L.* 3. §. 4. *naut. caup. stab. L.* 7. §. 1. *deposit.* Facit huc *L.* 15. *et* 19. *h. t.* Minus recte igitur quidam (1) hanc condictionem faciunt poenalem. Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 80. *Error.* 10. ibiq. Bachov. (2).

(1) Inter quos etiam est Lyclam. *Membran.* I. 18.
(2) Et *de Actionib. Disp.* IV. *Thes.* 21.

L. VIII.

Si non obtulit, durat condictio aestimationis ejus:] Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 80. *Error.* 10. accipit hoc de exitu judicii: ipsa enim res videtur petenda, ut *L. pen. de condict. causs. dat. causs. non sec. L.* 91. §. *ult. de verb. oblig.* (1).

(1) Sic etiam Pothier. *in not. ad h. l.* Add. de hac Lege Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Spero, neque* etc.

§. 1.

Placet tamen, id tempus spectandum, quo res unquam plurimi fuit:] Vid. tamen *L.* 2. §. 3. *de priv. delict.* (1).

Semper enim moram fur facere videtur.] Vid. *L. ult. h. t.* Gregor. Nazianz. *Orat.* XL. *p.* 661. Cujac. *Obs.* XXVII. 20. ait, esse hic plus, quam moram, scil. delictum. — Hoc separatum (2) a priore, nec ostendit aestimationem a principio crescere, ut nec *L.* 13. *h. t.* Chesius,

sius, *Different. Jur. Cap.* 50. *num.* 2. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 780.] Alia mens Bachovio, *Adv. Fab. Dec.* 89. *Error.* 2.

(1) Ad quam varie responderi, notat Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 45. §. 7. add. Chesium, *loc. cit.* Pothier. *in not. ad h. l.* Jens. *Strictur. Jur. ad Pand. p.* 488. *seq.* Gluck. *hoc tit.* §. 840. *not.* 57. *p.* 236.

(2) Vult scil. Chesius, verba: *semper enim moram* etc. referri ad proxime praecedentia, non ad superiora, ita ut non rationem contineant, quare spectandum sit tempus, quo res unquam plurimi fuit; sed, quare fur deteriorem rem restituendo non liberetur. Meliorem rationem adferri a Tryphonino in *L.* 19. *de vi et vi arm.* dicit Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. tit. de pactis*, §. 327. *not.* 89. *p.* 395. Sed vid. et Idem, *d. loc. hoc tit.* §. 840. *seq. p.* 236. et *tit. de condict. tritic.* §. 844. *p.* 291. — In seq. §. 2. pro *dicendum est*, Hal. habet *sciendum*: quod ut frequentius in his Libris videtur praeferre Duk. *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

L. IX.

In condictione ex caussa furtiva etc.] Vid. Os. Aurel. *Dispunct.* 21. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 744. *seqq.*] Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 80. *Error.* 5. *seqq.* refutat Cujacium et alios (1). Perrenon. *Animadv.* II. 7. [in eod. Thes. *Tom.* I. *p.* 637.] accipit de casu, quo haec condictio datur ex negotio bonae fidei: inepte.

(1) Vid. et Merill. *Obs.* VII. 3. et *Variant. ex Cujac.* I. 21. Constantin. *Subtil. Enodat.* I. 10. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 498. *seq.* Jan. a Costa, *ad* §. 21. *Inst. de Oblig. quae ex del.* add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 45. §. 5. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Tenetur igitur* etc. Gluck. *hoc tit.* §. 839. *p.* 232. *seq.* Cum Cujacio facit quoque Lyclam. *Membran.* I. 18. Vid. Bachov. *de Actionib. Disp.* IV. *Thes.* 21. — Ad seq. *L.* 10. *pr.* vid. Noodt. *d. loc.* Vs. *Quaeris adv. quem* etc. Pro *si deprehensa* non

non fuerit etc. Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. mavult *si reprehensa* etc. id est, rursus apprehensa possessio, quae furto fuerat ablata: quo sensu *reprehendere* etiam occurrere ait apud Phaedr. *Lib.* V. *Fab.* 8. Pothier. *in not. ad h. l.* *deprehensa* explicat *apprehensa.* add. Brisson. *de V. S.* in voc. *num.* 2. Flor. *depraehensa*, de qua scriptura vid. Cellar. *de Orthograph. Latin. Tom.* I. *p.* 322. *seq.* — De seq. *L.* 11. egit Cujac. *ad Paul. Lib.* XXXIX. *ad Edictum.*

L. XII. (1).

(1) Pro *si res mihi subrepta*, etc. forte melius legi: *si res tibi* etc. monet Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 1.

In communi igitur re etc.] Vid. Gloss. *h.*

Ut si provocasti communi dividundo judicio,] Et tu ipse feceris, ut rei dominium a te posset abire.

§. 2.

Incerti *condictione acturum*,] Quam dari male negat Ant. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 81. *Error.* 3. *seqq.* Vid. Bachov. *de Actionib. Disp.* IV. *Thes.* 23. et Adv. Fab. *d. loc.* et *Dec.* 83. *Error.* 4. *num.* 5. (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 45. §. 2. Noodt. *ad h. t. Pand.* in fin. Gluck. *hoc tit.* §. 838. *p.* 223. *seq.* qui etiam alios laudat, et ipsum Fabrum deinceps *in Ration. ad h. l.* sententiam suam mutasse, observat.

L. XIII.

Ex argento subrepto etc] Non video, cur hoc non etiam in foro conscientiae recte se habeat. add. Huber. *Eun. Rom. p.* 530. Dissentit Leonin. *Emendat.* IV. 1. *num.* 19. (1).

(1) In seqq. verbis pro *aestimatio fiet, quae impensa* etc. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XIV. §. 1. ope geminationis legit: *aestimatio fiet, et quae* etc. Egit de hac Lege Cujac. *ad Lib.* XXXIX. *Paul. ad Edictum.* add. Pancirol. *Thes. var. Lection.* II. 33. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1153. *seq.*

L. XIV.

Si servus furtivus sub conditione *legatus fuerit,* etc.] Secus, si pure. Vid. *L.* 10. §. 3. *h. t.* (1).

(1) Explicuit hanc Legem Cujac. *ad Julian. Lib.* XXII. *Digestorum*: male enim apud Hal. inscribitur: *Ulpianus Lib.* XXII. *ad Edictum.* Vid. Gebauer. *h.*

L. XV.

Condici autem ei non potest, nisi liber (1) *contrectavit.*] Ergo non est actio ex delicto, per *L.* 14. *de oblig. et action.* (2).

(1) Hal. et Vulg. inserunt *factus.* Vid. Brencm. *h.*
(2) Conf. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Interea observandum* etc. Haec a Schultingio recentiore manu adscripta sunt: unde suspicor, Virum Summum, forte a Noodtio meliora edoctum, postea deseruisse sententiam, quam prodidit, *Thes. Controv. Dec.* 45. §. 3. add. Noodt. *ad h. t. Pand. in pr.* et quos plures citat Gluck. *d. loc.* §. 839. *p.* 231. qui putat, litem hanc componi posse distinguendo inter caussam hujus actionis remotam et proximam. An recte, alii viderint.

L. XVI.

Pomponius Lib. XXXVIII. *ad Quintum Mucium.*] Junge *L.* 76. *de furtis.* (1).

(1) Add. de hac Lege Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Nunc cetera* etc. Pro *quae differt ab actione commodati hoc* Hal. et Vulg. omnes habent *in hoc,* et etiam quae-

quaedam MSS. Vid. Brencm. *h.* Non tamen opus. Vid. notam Duker. *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. Sequitur: *et in depositi non ultra dolum malum* etc. Apud Hal. *non* abest. Male. Vid. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 93. *et* 142. Explicuit hanc Legem Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 470. *seq.* — Ad seq. *L.* 17. vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Spero, neque* etc. Pluribus eam exposuit Cujac. *ad Papinian. Lib.* X. *Quaestion.*

L. XVIII.

Quoniam furtum fit,] Vel *stellionatus*, si ex caussa judicati. Vid. *L.* 29. §. 5. *mandat.* Hodie hoc non servatur. Confusius autem de hac Lege agit Huber. *Eun. Rom. p.* 531. (1).

(1) Late hanc Legem explicuit Jo. Altamiranus, *Tractat.* IV. *ad Libb. Scaevol. Quaestion.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 419. *seqq.* Si quis indebitum sciens acceperit, non *condictioni indebiti*, sed *condictioni furtivae* locum esse, ex hac lege colligit Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. tit. de condict. indeb.* §. 827. *not.* 62. *p.* 75. ubi etiam alios laudat. Aliter Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 44. §. 5. add. Gluck. *d. loc.* §. 835. *not.* 68. *p.* 168. et auctores ibi citt.

L. XIX.

Dandam in patrem condictionem *in peculium*] Id est, *rerum amotarum actionem.* Vid. *L.* 3. *in fin.* et *ll. seqq. de act. rer. amotar.* Bachov. *de Actionib. Disp.* V. *Thes.* 10. et *Adv. Fab. Dec.* 78. *Error.* 7. qui mira habet, et *Dec.* 79. *Error.* 10. intelligens condictionem generalem non ex justa caussa. Male. Vid. Bachov. *ibid.*

L. XX.

Licet fur paratus fuerit excipere condictionem,] Aliud, si obtulerit. Vid. *L.* 8. *pr. h. t.*

Quia

Quia videtur, qui primo invito domino rem contrectaverit, semper in restituenda ea, quam nec debuit auferre, moram facere.] Vid. *L.* 30. §. 1. *de jurejurand.* Inepta ratio est, quam Graeci adferunt, ad *L.* 16. *de Legib.* quod fur habetur pro domino (1).

(1) Late hanc Legem explicuit Ant. Dadin. Alteserra, *in Recitat. in Tryphonin. ad h. l.* eamque jungendam esse cum *L. pen. de vi et vi arm.* observat Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 3. §. 8. in *Jurispr. restit. Wieling. p.* 40.

TITULUS II.

DE CONDICTIONE EX LEGE.

Vid. de ea Bachov. *de Actionib. Disp.* IV. *Thes.* 12. (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 45. §. 9. *et* 10. et Gluck. *Ausf. erl. der Pand. hoc tit.* §. 842.

L. I.

Si obligatio *Lege nova* (1) *introducta sit*, etc.] Minus accurate igitur, post alios, Jason. *ad pr. Inst. de action.* negat, actiones dativas esse ex obligatione.

(1) Id est, lata post LL. XII. Tabb. Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* ubi et exempla. add. Pothier. *in Pand. Justin. ad h. t.* et Gluck. *loc. modo cit. p.* 241. *seqq.*

TITULUS III.

DE CONDICTIONE TRITICIARIA. (1).

Nomen hoc non, nisi in hoc titulo, occurrit: alibi *incerti condictio*, quae tamen latius videtur patere. Conf. Merend. *Controv. Jur.* XIII. 20. Sed caute (2). Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 83. *Error.* 1. eam dictam vult, quia triticum ad vitam maxime necessarium est: male, et in multis eum refutat Bachov. *ibid.* (3).

(1) *Triticaria* appellatur in *L.* 1. *h. t.* add. Brencm. *h.* Praecipuos, qui de hac condictione egerunt, auctores citat Gluck. *Ausf. erl. der Pand. hoc tit.* §. 843. *not.* 58. *p.* 259.

(2) Add. Maran. *in Parat. ad h. t. Pand. p.* 159. secundum quem *condictio incerti* a *condictione triticaria* differt, ut genus a specie.

(3) Unde hujus actionis nomen descendat, quaeritur. Varias variorum conjecturas recenset Wissenbach. *Disp. ad h. t. Pand.* §. 7. qui dictam hanc actionem *Triticariam* putat a primis Edicti verbis. Pari modo Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. 2. Nomen habere a tritico, cujus mentio facta fuisset in formula, de hac actione antiquitus prodita, censet Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 46. §. 1. Sic quoque Cujac. *in Parat. ad h. t. Pand.* et *Tract.* II. *ad African. in expl. L.* 23. *de reb. cred.* et Menag. *Amoenit. Jur. Cap.* 39. *p.* 387. *seq.* A Provincialibus, qui quotannis certos modios tritici reipubl. Romanae pendere debebant, et, si loca nimis dissita essent, pro tritico pecuniam, tanquam ejus aestimationem, solvere solebant, denominationis hujus actionis occasionem repetit Voet. *ad h. t. Pand.* §. 1. quem sequitur J. C. van Wachendorff. *Diss. de condict. Triticiaria, Cap.* 2. §. 4. in ej. *Triad. Diss. p.* 245. et Gluck. *d. loc. p.* 262. *seqq.* qui etiam alias aliorum sententias retulerunt. Similiter non constat de hujus actionis

nis natura et indole. Noodtius, *ad h. t. Pand.* ingenue fatetur, se de natura et ratione hujus actionis nihil habere compertum. *Arbitrariam* eam esse, ait Wissenbach. *d. loc.* §. 8. et Wachendorff. *d. Diss. d. Cap.* 2. §. 7. *p.* 254. Contra, hanc actionem neque arbitrariam esse, neque bonae fidei, sed *stricti juris*, contendit Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 46. §. 3. *et* 4. Voet. *d. loc.* censet, eam esse adjectitiae qualitatis, et ideo vel bonae fidei, vel stricti juris actionum naturam et effectum sortiri, pro diversa actionum principalium natura. Voetium sequitur quoque Gluck. *d. loc. p.* 260. *seqq.* qui etiam alios laudat. Denique alii hanc actionem *civilem* dicunt, ut Wachendorff. *loc modo cit.* Alii vero *Praetoriam*, ut Westenberg. *d. loc.* §. 3.

L. I.

Qui certam pecuniam numeratam petit,] Senec. *de Benefic.* III. 7. *Primum omnium, pars optima beneficii periit, si actio, sicut* certae pecuniae, *aut ex conducto et locato datur.* etc.

Illa actione utitur, si certum petetur.] Quam a *certi condictione* differre, putat Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 83. *Error.* 1. *num.* 6. Non recte (1).

Qui autem alias res,] Non igitur aestimationem, ut vulgo volunt (2).

Per triticariam condictionem petet.] Cur non et *certi*, si res sit certa, uti *L.* 74. *de verb. oblig.* (3). Aliter Merenda, *Controv. Jur.* XIII. 20. ubi multa non bona.

(1) Add. Maran. *in Parat. ad h. t. Pand.* in pr. Noodt. *de usufr.* I. 19. Pothier. *in not. ad h. l.*
(2) Vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 46. §. 2. Dissentit Gluck. *d. loc. p.* 266. *seqq.* qui etiam alios laudat.
(3) Vid. Schulting. *d. loc. Dec.* 37. §. 1.

§. 1.

Vel re mobili *vi abrepta.*] *Immobili*, Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 79. *Error.* 7. Quod non probo (1).

(1) Nec probat J. C. van Wachendorff. *d. Diss. Cap.* 2. §. 5. *p.* 247. Flor. *vel vi mobili abrepta.* Hal. *vel mobili re vi abrepta.* Vulg. *vel in re mobili vi abrepta.* Vid. Brencm. *h.*

L. II.

Ceterum, si non sit, possessionem eum condicere, Celsus ait.] Vid. *L.* 25. §. 1. *de furtis* (1).

(1) Add. Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 5. §. 31. in *Jurispr. restit. Wieling. p.* 112.

L. III.

Idem Lib. XXVI. *ad Edictum.*] Vid. de hac Lege Merill. *Variant. ex Cujac.* I. 22. (1). Magis vero Ant. Fab. *Conject.* XVI. 4. et *Cod.* IV. 2. *Def.* 7. *seqq.*

In hac actione] *Condictione triticaria*, Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 84. *Error.* 7. ubi in multis minus bene: multa quoque notat Bachov. *ibid.* et *Error.* 4. add. *Dec.* 88. *Error.* 9. ubi multa non bona, et *Error.* 10. et *Dec.* 89. *Error.* 1. *seqq.*

Res, quae petita est,] Et non praestatur, non quod interiit, sed quod v. gr. evicta est (2). *Res.* Lex sequens agit de *merce.* Vid. Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 89. *Error.* 2. *num.* 1. qui tamen non satisfacit.

(1) Et Ost. Aurel. *Dispunct.* XXII. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 749. Alios etiam, qui de hac et seq. *L.* 4. egerunt, enumerat Gluck. *d. loc.* §. 844. *p.* 272. *seqq.* qui ipse *ibid. p.* 274. *seqq.* suam de his locis sententiam pluribus exposuit.

(2) Conf. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 37. §. 10. De verbis ἐν πλάτει vid. Jac. Curt. Εἰκαστῶν, I. 20. in Thes.

Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 112. et Grot. *in Flor. Sparsion. p.* 155. Egit de his quoque Alciat. *Dispunct.* II. 11. qui pro *novissimum vitae tempus*, in seqq. Legis verbis, legere videtur: *levissimum vitae tempus.* Pro *quanto deterior* etc. Hal. habet *quanti*, et sic etiam Cod. Pand. Erlang. Vid. Gluck. *d. loc. p.* 272. *not.* 95.

L. IV.

Si merx aliqua] De re agit *L. praec.*

Petita sit,] *Condictione certi*, juxta Fab. *Dec.* 84. *Error.* 7. Cur non *triticaria?* Restringit vero Fab. ad contractum mutui, et adfert *L.* 22. *de reb. cred.* Sed, quid vetat rem eandem utravis actione peti? et quod ille vult, has actiones non concurrere, non est verum (1): et merito dissentit Bachov. *ibid.* ipse tamen rem non extricat.

Quanti fuisset eo die, quo dari debuit:] Vid. Sande, *Decision.* III. 4. *Def.* 8. et Fab. *Cod.* IV. 2. *Def.* 9. (2).

(1) Conf. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 37. §. 1. et *Dec.* 46. §. 2.

(2) Conf. Schulting. *d. Dec.* 37. §. 4. add. Gluck. *d. loc. p.* 277. *seqq.* Sequitur: *si de die nihil convenit*, etc. Vid. Schulting. *d. Dec.* 37. §. 6. *seqq.* add. Gluck. *d. loc. p.* 283. *seqq.* Sequitur: *idemque juris in loco esse*, etc. Vid. Schulting. *d. Dec.* 37. §. 5. et Gluck. *d. loc. p.* 297. *seq.*

TITULUS IV.

DE EO, QUOD CERTO LOCO DARI OPORTET.

De hac actione quaedam habet Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 90. *Error.* 1. *seqq.* in multis refutatus a Ba-

Bachov. *ibid.* et *de Actionib. Disp.* VII. *Part.* II. passim (1). Distinctio inter locum adjectum obligationi et solutioni, et soli solutioni, quam habet Fab. *d. Dec.* 90. *Error.* 9. *et* 10. recte improbatur a Bachov. *ibid.* et *Dec.* 91. *Error.* 5. *Dari oportet*, ex quavis causſa ſtricti juris. Bachov. *Adv. Fab. d. Dec.* 91. *Error.* 5. (2).

(1) Alios etiam citat Gluck. *Ausf. erl. der Pand. h. tit.* §. 845. *not.* 99. *p.* 307. Quare dicatur *arbitraria*, vid. Maran. *in Parat. ad h. t. Pand.* et Gluck. *d. loc.* §. 846. *p.* 337.
(2) Conf. Schulting. *Theſ. Controv. Dec.* 46. §. 5. et Gluck. *d. loc.* §. 845. *p.* 302. et §. 846. *p.* 331.

L. I.

Alio loco, quam in quem ſibi dari quisque ſtipulatus esſet, non videbatur agendi facultas competere:] Ergo loci adjectio actionem coanguſtat: de quo Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 90. *Error.* 9. *num.* 2. et ſpectat ſolutionem. Bachov. *ibid. num.* 3. et *de Actionib. Disp.* VII. *Part.* II. *Theſ.* 3.

Sed quia iniquum erat (1), *ſi promisſor ad eum locum*, etc.] Ergo locus contractus tantum dat forum, cum illic adest debitor. Vid. Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 90. *Error.* 8. *et Dec.* 91. *Error.* 1. Obſtat *L.* 19. §. *ult. de judic.* (2).

(1) Conf. Noodt. *ad h. t. Pand.* in pr.
(2) Ad quam vid. notata. add. Noodt. *d. loc.* Vſ. *Sit ita* etc. Schulting. *Theſ. Controv. Dec.* 46. §. 6. Gluck. *d. loc.* §. 846. *p.* 321. *ſeqq.*

L. II. (1).

(1) Tò *utriusque* in *pr.* idem valere, quod *alterutrius* in *L. unic. Cod. ubi conven. qui cert. loc. dare promis.* obſervat Cujac. *Tract.* III. *ad Afric. in expl. l.* 8. *h. t.* add. Gluck. *d. loc.* §. 846. *not.* 84. *p.* 338.

§. 3.

§. 3.

Scaevola Lib. XV. *Quaestionem ait: Non utique* (1) *ea, quae* etc.] Haec cum praecedentibus, qua temperamentum, deberent jungi. Vid. *Noodt. ad h. t. Pand.* Vſ. *Venit igitur* etc. haec plene tractantem (2).

An debeat, non esſe.] Vid. *L.* 7. *pr. L.* 34. §. 6. *de contrah. emt.* (3).

Ceterum ubi alter decesſit, exſtingui ejus electionem, ne ſit in arbitrio ejus, etc.] Add. elegantem locum Quinctil. *Declam.* 276.

Quare putat posſe ab eo peti altero loco, et ſine loci adjectione:] Vid. Duaren. *ad h. t. Pand. Cap.* 3.

(1) In Vulg. est *L. Non utique.* teste Contio. Vid. Brencm. *h.*
(2) Add. Gluck. *d. loc.* §. 846. *p.* 311. *ſeqq.*
(3) Sequitur: *Et ideo eum, qui ſtichum* etc. Ita emendavit hunc locum Ant. Auguſtin. *Emendat.* I. 9. in Theſ. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1458. probante Noodtio, *loc. cit.* et Reinold. *ad Mercer. Conciliator. not.* 73. *p.* 56. Sed Flor. pro *eum* legitur *cum.* Taurell. edidit: *Et ideo cum qui Stiehum* etc. id est, *cum quis*, probante Ant. Fabro, *in Ration. ad h. l.* et Gluck. *d. loc.* §. 846. *not.* 3. *p.* 310. Sed ne hoc quidem necesſe putat Duk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. *τὸ qui* accipiens pro *quis*, et locum hunc ita interpungens: *et ideo, cum qui* etc. Conf. notata ſuperius ad *L.* 56. *de condict. indeb.*

§. 4.

Hoc ait,] *Hoc agit*, Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *A* §. 2. etc. Sic Charond. et Pac. in margine (1).

(1) Item Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* et ſic quoque habet Cod. Pand. Erlang. Vid. Gluck. *d. loc.* §. 847. *not.* 7. *p.* 352. — Ad ſeq. §. 6. vid Noodt. *d. loc.* Vſ. *Neſcio, an* etc. et Gluck. *d. loc. p.* 326.

§. 7.

Idem Julianus tractat etc.] Vid. Noodt. *d. loc.* Vſ. *Subveni Ulpiano* etc. (1).

Sed mihi videtur ſummae ſolutio diſtare a fabrica inſulae: et ideo, quod intereſt ſolum petendum.] Aliud in *L. ult. h. t.* Vid. Bachov. *ad Treutl. Vol.* I. *Diſp.* 23. *Theſ.* 6. *Lit. b. p.* 896.

(1) Add. Gluck. *d. loc.* §. 847. *p.* 355. *ſeq.* ibiq. citt. auctores.

§. 8.

Nunc de officio Judicis etc.] Vid. Noodt. *d. loc.* Vſ. *Vidimus, quando* etc.

Et res ſtipulatoris viliſſimo diſtracta est?] Facit huc *L.* 16. *Cod. de reſcind. vend. L.* 2. *Cod. de fid. et jur. haſt. fisc.*

Et quidem ultra legitimum modum uſurarum.] Vid. Noodt. *d. loc.* et *de Foen. et Uſur.* II. 6. (1).

Puto, et lucri habendam rationem.] Hoc ſingulare in pecunia trajectitia: aliter ſecus. Vid. *L.* 21. §. 3. *de act. emt. L. ult. de per. et comm. rei vend.* Cujac. *Tractat.* VIII. *ad African. in expl. L.* 33. *loc. cond.* (2).

(1) Aliter Gluck. *d. loc. p.* 339. *not.* 86.
(2) Conf. Schulting. *Theſ. Controv. Dec.* 46. §. 8. Difficilem eſſe harum Legum conciliationem, notat Gluck. *d. loc. p.* 339. *ſeq. not.* 87. ubi etiam alii laudantur. add. notata inferius ad *d. L. ult. de per. et comm. rei vend.*

L. IV.

Vel ſi temporis utilitas intervenit.] Vid. *L.* 11. *de re judic.* add. Fab. *Conject.* XV. 3. (1).

(1) Ubi docet, ſolius temporis adjectionem in ſtipulatione

ne arbitrariam non facere actionem. add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 46. §. 5. et Gluck. *d. loc.* §. 846. *p.* 317. *seq.* qui etiam alios laudat. Dissentiunt Cujac. Merill. aliique *ibid.* citati. Pothier. *in not. ad h. l. vel si* accipit pro *etiam si.*

§. 1.

Cum sit arbitraria,] Non v. c. ex stipulatu. Vid. Fab. *Conj.* XV. 2. *num.* 9.

Cautione ab eo exacta de pecunia ibi solvenda, ubi promissa est.] Triboniani haec esse, censet Fab. *Conject. d. loc. num.* 10. Sed vid. Bachov. *de Actionib. Disp.* VII. *Thes.* 2. et *Adv. Fab. Dec.* 90. *Error.* 2. (1).

Qui huic actioni addictus (2) *est.*] Quam bonae fidei actiones imitari, dicit Fab. *Cod.* IV. 2. *Def.* 6. *num.* 26.

(1) Add. Gluck. *d. loc.* §. 847. *not.* 16. *p.* 357.
(2) Ita Flor. Al. *additus*, vel *aditus.* Vid. Gebauer. *h. Aditus* mavult quoque Curtius, Εἰκαςῶν, I. 9. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 152. Sed vid. Otton. *in Praef. d. Tom.* V. *p.* 16. add. Duk. *in not. ad h. l.* Gluck. *d. loc. not.* 17. *p.* 358. et notata superius ad *L.* 39. *pr. L.* 46. et *L.* 80. *de judic.*

L. V.

Si heres a testatore jussus sit, etc.] Vid. Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 91. *Error.* 3. *et* 4. et *de Actionib. Disp.* VII. *Part.* II. *Thes.* 3. (1).

(1) Add. Cujac. *ad Paul. Lib.* XXVIII. *ad Edictum in expl. h. l.*

L. VI.

Aut mutua pecunia sic data fuerit, etc.] Fab. *de Error. Pragm. Dec.* 84. *Error.* 5. putat, hic esse factam sti-

ftipulationem: non recte, et inde abit, *Dec.* 91. *Error.* 1. ubi vid. Bachov. et *de Actionib. Disp.* VII. *Part.* II. *Thes.* 3. ubi Fabrum refutat. (1).

(1) Otiofa esfe, et a juris ratione aliena, quae ad hanc Legem, per fe planam, fufius disputavit Faber, dicit quoque Rucker. *Obf. Cap.* 4. §. 1. *num.* 2. qui pro *fic data*, ope geminationis, legit *fi fic data* etc. Apud Hal. *fic* abest. Vid. Geb. *h.*

L. VII.

§. 1.

Si tamen certo loco traditurum (1) *fe quis ftipulatus fit*, etc.] In cafu, ubi ex bona fide non potest agi, Merill. *Obf.* IV. 20. *Stipulatus fit*, id est, promiferit, Noodt. *ad h. t. Pand.* Vf. *Obtinet igitur* etc. (2).

(1) Flor. fcriptum erat *contradicturum.* Unde Hal. et Vulg. omnes *condicturum.* Vid. Brencm. *h. Traditurum* retinet quoque Rusfard. et probat Cujac. *ad Paul. Lib.* XXVIII. *ad Edict. in expl. h. l.* et Noodt. *d. loc.* Porro, ultimam vocem *actio* in *pr.* Legis ex praecedentibus praeter necesfitatem repetitam esfe, notat Brencm. *d. loc.* de quo *pr.* vid. et Noodt. *loc. cit.*

(2) Sic etiam Cujac. et Merill. *locc. citt.* add. Gluck. *d. loc.* §. 846. *not.* 68. *p.* 333. et notata fuperius ad *L.* 26. §. 13. *de condict. indebit.*

L. VIII.

Centum Capuae dari ftipulatus, etc.] Vid. de hac Lege Cujac. *Tractat.* III. *ad African.* (1).

Nec oportebit, quod forte per reum fteterit, etc.] Per quem nifi fteterit, ne quidem propria mora nocet fidejusfori. Vid. *L.* 49. *in fin. de fidejusfor.*

Obligationem fidejusforis augeri;] Modum hunc loquendi taxat Of. Aurel. *Dispunct.* 23. [in Thef. Otton.

Tom.

Tom. III. *p.* 754.] dicens, non hic quaeri de obligatione fidejusforis augenda, fed de actione arbitraria contra fidejusforem movenda. Sic tamen loquitur JCtus: res aliter vera. D. Goth. *in not.* „ *Mora rei obligatio fidejusforis non augetur, ut h., licet perpetua reddatur. Vid. L.* 95. *de V. O.*" add. *L.* 24. *de usur. L.* 88. *de V. O. L.* 58. §. 1. *de fidejusfor.* Obftat *L.* 54. *locat. conduct.* Sed ibi in omnem causfam fidejusfit. Merill. *Var. ex Cujac.* I. 23. (2) contra quem vid. Of. Aurel. *loc. modo cit.* qui tamen intricatius rem tractat.

Hic autem una pecuniae creditae est:] Vid. *L. ult. h. t.*

Circa cujus exfecutionem, aeftimationis ratio arbitrio Judicis committitur.] Ut *L.* 49. §. 1. *de act. emt. vend.*

Ut aeftimet, quanti actoris interfit, eam duntaxat fummam, quae petetur (3), *Capuae folutam esfe.*] Idem, mutata moneta. Vid. Fab. *Cod.* VIII. 30. *Def.* 25.

(1) Vid. et Labitt. in Ufu Indic. Cap. 3. §. 39. in *Jurispr. Reftit. Wieling. p.* 65. *feqq.* ubi Wielingius etiam alios laudavit. add. Gabriel. de Gast, *Disput. ad h. l.* in Thef. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 736. *feq.* Van Eck, *Disf. de feptem damn. LL. Pand. Cap.* 4. in *Supplem. ejusd. Thef. p.* 579. *feq.* Wisfenbach. *Disp. ad h. t. Pand.* §. 15. *feq.* Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 5. et *Eun. Rom. p.* 532. *feq.* Voet. *ad h. t. Pand.* §. 3. Gluck. *d. loc.* §. 846. *p.* 341. *feqq.*

(2) Sic etiam Vinn. *Sel. Quaest.* II. 10. cit. a Schulting. *Thef. Controv. Dec.* 46. §. 9. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vf. *Expofui Judicis officium* etc. Vid. et Grangian. *Paradox. Jur. Civ. Cap.* 26. in Thef. Otton. *Tom.* V. *p.* 627. *feq.* Labitt. *d. loc. p.* 68. *feq.* Wisfenbach. *d. loc.* §. 16. Bachov. ad Treutl. *Vol.* I. *Disp.* 23. *Thef.* 5. *Lit. d. et e. p.* 892. *feqq.* Gluck. *d. loc. p.* 345.

(3) Hal. et Vulg. *peteretur.* Vid. Brencm. *h.*

L. IX.

Is qui certo loco dare promisit; nullo alio loco etc.] Obstat. *L.* 137. §. 2. *de verb. oblig.* (1).

(1) Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Satis de aequitate* etc.

L. X.

Si post moram factam etc.] Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Nisi molesta erit* etc. (1).

(1) Explicuit hanc Legem quoque Cujac. *ad Paul. Lib.* IV. *Quaestion.* add. Gluck. *d. loc. p.* 347. *seqq.* qui etiam alios laudavit.

TITULUS V.

DE PECUNIA CONSTITUTA (1).

De verbo *constituere* vid. J. F. Gronov. *Obs.* I. 1. (2). Cicer. *ad Attic.* I. 6. — Quomodo *constitutum* et *fidejussio* differant vid. apud Fabrot. *ad Cujac. Parat. ad h. t. Cod.*. Rittershus. *ad Novell. Part.* II. *Cap.* 5. *num.* 8. Averan. *Interpr. Jur.* II. 4. *num.* 18. (3).

(1) *Actio constitutoria* dicitur in *L.* 20. *h. t.* add. Maran. *in Parat. ad h. t. Pand.*
(2) Quem citat quoque Heinecc. *ad Brisson. d. V. S.* voc. *constituere*, *num.* 1. add. Gluck. *Ausf. erl. der Pand. hoc tit.* §. 849. *p.* 361. *seq.*
(3) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 47. §. 6. Vinn. *ad* §. 5. *Inst. de fidejussor. num.* 5. Gluck. *d. loc.* §. 851. *p.* 398. *seqq.* qui etiam alios laudat, in iisque Jo. Christ. Koch. *Diss. de constituto debiti alieni, ejusque a fidejussione discrimine.* Kilon. 1777. — De *actione receptitia*, ejusque differentia cum *actione*

ne de pecunia constituta vid. Hubert. *Diss.* II. *de Argentar. Vett. Cap.* 2. §. 2. in Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 121. *seq.* add. Vinn. *ad* §. 8. *Inst. de action.* et Gluck. *d. loc.* §. 849. *p.* 365. *seqq.* — *Constitutum* proprie non est contractus. Vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 47. §. 1. et quos plures citat Gluck. *d. loc.* §. 849. *not.* 34. *p.* 364. Dissentiunt tamen alii, *ibid.* citati. Nec confundendum cum pacto geminato. Vid. *L.* 14. *Cod. de pactis.* Schulting. *d. Dec.* 47. §. 4. et quos plures citat Hubert. *d. loc. p.* 123. add. Gluck. *d. loc.* §. 850. *p.* 373.

L. I.

Quoniam grave est fidem fallere.] Vid. Fabrot. *ad Cujac. Parat. ad h. t. Cod.* Praetor rationem hanc secutus est, ut colorem daret actioni Jure Civili incognitae. Vid. D'Avezan. *de Contractib. Lib. Prior. Cap.* 8. [in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 20.] ubi ait, dedisse etiam Praetorem hanc actionem ad exemplum *actionis receptitiae*, quae est Civilis: et sic Cujac. *in Parat. ad h. t. Pand.* — Ratio non otiosa. Facit huc *L.* 18. §. 2. *h. t.* (1). Aliter paulo Huber. *Eun. Rom. p.* 533.

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* in pr. et Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 47. §. 4. — Verba Praetoris in seq. §. 1. explicat Noodt. *d. loc.* Vs. *Nunc ad Edictum* etc. et seqq. ubi etiam monet, verbum *pecuniae* aliter accipiendum esse ex mente Praetoris, quam ex mente Justiniani. — Ad seq. §. 4. vid. Noodt. *d. loc.* Vs. *Porro ait Praetor* etc. et Schulting. *d. loc.* §. 3.

§. 5.

Sed (1) *cum jam placet, rem pro re solvi posse,*] Ergo hoc sensim, contra rigorem juris, inductum. Jan. a Costa, *ad pr. Inst. quib. mod. toll. oblig.*

Nihil prohibet, et alud pro debito constitui.] *Constitu-*

tutum est enim instar solutionis. *L.* 10. *h. t.* (2).

(1) Pro *an potest*, in praecedentibus, verbis Hal. habet *an possit*. Sed vid. notata superius ad *L.* 2. §. 2. et *L.* 52. §. 1. *ad L. Aquil.*

(2) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *At non fuit* etc. quem etiam vid. *ibid.* Vs. *Igitur requirit* etc. — Ad seq. §. 6. add. Langebek. *Annotat. Cap.* 36. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 573.

§. 7.

Debitum autem vel natura sufficit.] Facit huc locus D. Paul. *ad Philemon. vs.* 19. de quo vid. Fabrot. *ad Cujac. Parat. ad h. t. Cod.* et Cujac. *ibid.* (1).

(1) Et *ad Lib.* XXIX. *Paul. ad Edict. in expl. L.* 4. *h. t.*

§. 8.

Quae tunc fuit in peculio, etc.] Vid. *L.* 19. *in fin. h. t.*

Si plus suo nomine *constituit*, etc.] Secus, si filii, aut servi. Facit huc *L.* 8. *de condict. indeb.* junct. §. 5. *h. l.* et vid. *L. seq.*

L. II.

Quod si filii nomine, etc.] Vid. *L. praec.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Julian. Lib.* XI. *Digestor. in expl. h. l.*

L. III.

Sed mulieri, in quantum facere potest, condemnatur.] Aliud in condictione indebiti, si solverit. Vid. *L.* 9. *de condict. indeb.*

§. 1.

§. 1.

Quia debita juribus etc.] Id est, Civili et Praetorio. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 36. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1310.] Egregie Jan. a Costa, *ad pr. Inst. de obligation.*

§. 2.

Si is, qui et jure Civili et Praetorio debebat, in diem sit obligatus, etc.] Ratio dubitandi in *L.* 213. *de V. S.*

Et Labeo ait, teneri constitutum (1):] Vid. Vital. *Lection. Variar.* II. 23. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 690. *seqq.*]

Habet enim utilitatem, ut ex die obligatus, constituendo se eadem die *soluturum, teneatur.*] Scil. die ipso, quo constitutum fit. Vid. Chesius, *Differentiis Jur. Cap.* 44. *num.* 7. *seqq.* [in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* II. *p.* 758. *seq.*] Contra, valet et constitutum debiti praesentis in diem, quod erit utile reo. Facit huc *L.* 36. *de reb. cred.* Ches. *d. loc. num.* 11. *seqq.*

(1) *Constitutum* apud Hal. abest, et abundare, dicit Pothier. *in not. ad h. l.* Brencm. *h.* mavult legere: *teneri constituto*, vel *tenere constitutum.*

L. IV.

Sed et si citeriore (1) *die* etc.] Ergo differt hic *constitutum* a fidejussione. Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 5. *Inst. de fidejussor.* (2).

(1) Hal. in margine: *alias, citiore.* Sed vid. J. F. Gronov. *Obs.* IV. 11. citat. a Duk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

(2) Add. Vinn. *ad d.* §. 5. *Inst. num.* 5. et Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Occurrit* etc. Vid. et Voet. *ad h. t. Pand. num.* 6. et Gluck. *d. loc.* §. 851. *p.* 403. *seq.* Cujacius, *ad Paul. Lib.* XXIX. *ad Edict. in expl. h. l.* fidejussionem hac in re a *constituto* non differre

censet. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 47. §. 6. *fidejussionem* et *constitutum* in eo convenire, ait, quod qui in duriorem caussam pro alio se obligarunt, plane non teneantur. add Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de fidejussor.* §. 10.

L. V.

Eum, qui Ephesi promisit etc.] Vid. ad *L.* 16. §. 1. *h. t.*

§. 1.

Julianus, Legatum Romae constituentem, etc.] *Romae*, agentem scil. Basilic. *Constituentem*, se scil. ibi soluturum. Cujac. *Obs.* XIII. 17. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 90. *Error.* 7. *in fin.* Bachov. *ibid.* dicit, hoc esse tritum.

Putat, conveniri debere: etc.] D. Goth. *in not. Imo non est conveniendus* etc. Ita Cujac. *in Recit. ad L.* 2. §. 3. *de judic.* et *in not. ad h. l.* [in *Append. Oper. p.* 152.] Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* (1). Aliter Donell. *in Comm. Jur. Civ.* XVII. 14. et iterum aliter alii. Vid. Hilliger. *ibid.* (2).

Sed et si non cum Romae esset, etc.] Basilic. quoque casus opponunt sine *et*, quod quidam hic inducunt (3). Vid. et Branchu, *Obs.* I. 9. et *Acta Lipsiens.* 1722. *p.* 256.

(1) Etiam Charond. et Contium legendum putare: *non conveniri*, et *non* ante *con* facile excidere potuisse, notat Brencm. *h.* Aliter tamen Russard. Vid. *ibid.*
(2) Add. notata superius ad *L.* 8. *de judic.*
(3) Hal. *sed si cum non Romae* etc. Vid. Geb. *h.*

§. 2.

Et quod tibi debetur, si mihi *constituatur*, etc.] Te ve-

volente, Gloss. add. *L.* 39. *de neg. gest.* *L.* 7. §. 1. *h. t.* *L.* 8. §. *ult. de novat.* §. 6. *h. l.* (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv.* *Dec.* 47. §. 8. — Ad seq. §. 3. et 6. vid. Cujac. *ad Julian.* *Lib.* XI. *Digestor.*

§. 6.

Procuratori constitui posse:] Vid. §. 2. *h. t.*

Quod Pomponius ita interpretatur, ut ipsi procuratori etc.] Non domino. add. *seq.* §. 9. et *L.* 1. *Cod. per quas pers. cuiq. adquir.* add. Pichard. *ad* §. *alteri. Inst. de inutil. stipul. num.* 15. Facit huc *L.* 9. *pr. de adm. et peric. tutor.*

§. 9.

Utilitatis gratia puto dandam etc.] Stricto jure nequidem danda foret utilis actio. Vid. ad §. 6. *h. l.* (1) atque adeo ad stipulationem id extendi non poterit. Pichard. *d. loc.*

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv.* *Dec.* 47. §. 8.

§. 10.

Qualem qualem (1) *servum* etc.] Junge seq. *L.* 7.

(1) Vid. Cujac. *Obs.* XI. 35. et Brisson. *de V. S.* voc. *qualis.* Vulg. *quare servum domino acquirere qualem qualem obligationem.* Vid. Brenchm. *h.* — Ad seq. *L.* 6. vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 2. in *Jurispr. Antejust.* p. 269.

L. VII.

Sed et si etc.] Junge praec. *L.* 6.

L. VIII.

Quodsi posteaquam soli mihi *te soluturum* etc.] D. Goth. *in not.* *Aliud erit, si mihi tantum fuerit constitutum* etc. *Tantum*, id est, simpliciter, non vero *soli*, ut hic (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 47. §. 10. et Gluck. *d. loc.* §. 850. *p.* 388. *seq.* qui etiam alios citat. Vid. et de hac Lege Cujac. *ad Paul. Lib.* XXIX. *ad Edict.* Quem etiam vid. de seq. *L.* 9. *ad Papinian. Lib.* VIII. *Quaestion.* ubi notat, pertinere hanc Legem ad *condictionem indebiti.*

L. X.

Quia loco ejus, cui jam solutum est, haberi debet is, cui constituitur.] *Constitutum* est pro solutione. *L.* 1. §. 5. *h. t.* (1).

(1) Τὸ *post*, in praecedentibus Legis verbis, Flor. antique quidem, sed extra ordinem in fine versus est adjectum, et videtur rotundior sententia absque eo. Brencm. *h.* add. de hac et seq. *L.* 13. Cujac. *ad Paul. Lib.* XXIX. *ad Edict.*

L. XI.

§. 1.

Si quis centum aureos debens, etc.] Quid, si alius eos debeat? Vid. *L.* 8. §. 7. *de fidejussor.* (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 47. §. 6. et Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *At non fuit* etc. Quid, si quis *sciens* plus constituerit? Variant Interpretes. Vid. Gluck. *d. loc.* §. 850. *p.* 396. *seq.* — De seq. *L.* 14. §. 1. et 2. vid. Noodt. *d. loc.*

L. XV.

Quod per liberam personam adquirimus (1): etc.] Male Pichard. *ad* §: *alteri. Inst. de inutil. stipul. num.* 16. differentiam hic statuit inter *stipulationem* et *constitutum*.

(1) Hotoman. *Obs.* IV. 12. *non adquirimus*. Non opus. Vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 47. §. 2. add., Cujac. *ad Paul. Lib.* XXIX. *ad Edictum*, et Pothier. *in not. ad h. l.* Pro *per quam tibi constitui*, ut Flor. legitur in praeced. verbis, Hal. habet *constituit.* Vulg. *constituitur*. Vid. Brencm. *h.* Sed nec hoc opus.

L. XVI.

§. 1.

Sed et certo loco et tempore constituere *quis potest:*] Noodt. *ad Tit. Pand. de eo quod certo loco* etc. Vs. *Non igitur* etc. id explicat *facere ut constituatur* (1).

Exemplo arbitrariae actionis,] Quae ex efficacibus Jure civili conventionibus dari solet, a quibus *constitutum* longe differt. Bachov. *de Action. Disp.* VII. *Part.* II. *Thes.* 3. *p.* 96.

Ubique potest.] Et quidem hac ipsa actione, ut vult Fab. *Conject.* XV. 2. *num.* 17. Sed vid. Bachov. *loc. modo cit. Thes.* 2. *p.* 88. (2).

(1) De Legis sensu etiam egit Jens. *in Strictur. Jur. ad Pand. p.* 105. Sequitur: *nec solum eo loci* etc. Hal. *eo loco*, omissis *posse eum*. Vid. Brencm. *h. Eo loci* bene Latinum est. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* VII. 26. §. 12.

(2) Add. Gluck. *d. loc. tit. de eo quod certo loc.* §. 846. *p.* 332. In seq. §. 2. pro *neque per actorem stetit*, ut Flor. scriptum est, Hal. habet *stetisse*. Vulg. *steterit*. Pro Hal. facit *L.* 18. *h. t.* Sed Nostros non superstitiosos fuisse in verbis Edicti allegandis, notat Brencm. *h.* — In seq. §. 3. G. O. Reizius, *in Obs.*

Miscellan. Vol. X. p. 374. per modum interrogandi legit: *etiam si per rerum naturam stetit?* De sensu hujus §. egit quoque Jensius, *d. loc. p.* 105. *seq.* add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Tandem consideremus* etc.

§. 4.

Utrum ad tempus constituti pertinent (1), etc.] Vid. seq. *L.* 17. (2).

(1) Hal. *pertineant*, et mox *trahamus*. Sed vid. notata superius ad *L.* 1. §. 5. *h. t.*

(2) Ulpianum et Paulum hac in re dissensisse; non tamen illud pro antinomia habendum, docet Jac. Voorda, *Interpr. et Emend.* I. 16. Paulo aliter hanc rem explicat Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Tandem consideremus* etc. add. Gluck. *d. loc.* §. 852. *a. p.* 418. *seq.* Late de *L.* 17. *h. t.* agit Cujac. *ad Paul. Lib.* XXIX. *ad Edict.*

L. XVIII. (1).

(1) De *pr. h. l.* vid. Jac. Voorda, *loc. modo cit. p.* 49. *seqq.* et Gluck. *d. loc. p.* 420. *seq.* Ceterum, quamvis actor propter moram accipiendi amittat *actionem de constituta pecunia*, non tamen idcirco eum destitui actione, quam ante constitutum habebat, docent Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. *ult.* Noodt. *loc. modo cit.* Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 47. §. 9. Gluck. *d. loc. p.* 422. Pro *si forte ad diem constituti per actorem non steterit, ante stetit, vel postea*, Hal. habet; *non stetit, an ante steterit, vel postea*. Sed Duk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. hoc dictum accipit per ellipsin adversativae *sed*, ut integra oratio sit: *sed ante stetit, vel postea.* Addit, τὸ *sed* saepius omitti in hoc loquendi genere. Vid. Gronov. *ad Liv.* III. 71. et Ciceron. *pro Ligar. Cap.* 9.

§. 1.

Celsus et Julianus scribunt, teneri debere.] Facit huc *L.* 24. *de m. c. donation.*

§. 2.

§. 2.

Et magis est, etc.] Dubitatum olim. Vid. Cujac. *in Parat. ad h. t. Cod.* et ibi Fabrot. (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand. in fin.* et Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 47. §. 4. Incipit §. *E re* etc. Vulg. *bene*, non intellecta phrasi. Vid. Brencm. *h.* et notata superius ad *L.* 1. *de reb. cred.*

§. 3.

Vetus fuit dubitatio, an, qui hac actione egit, sortis obligationem consumat?] Conf. *L.* 22. *h. t.* (1).

(1) Add. Gluck. *d. loc.* §. 851. *p.* 412. *seq.*

L. XIX.

Id quod sub conditione debetur, etc.] Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Similis fuit* etc.

Sive pure, etc.] Secus in fidejussione juxta quosdam. Sed vid. Cujac. *ad Paul. Lib.* XXIX. *ad Edict. in expl. h. l.*

§. 1.

In hunc utilem *actionem* (1) *esse.*] Chesius, *Different. Jur. Cap.* 44. *num.* 19. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 757.] quaerit rationem in *L.* 21. §. 1. *h. t.* quia die caret (2).

(1) Vulg. inserit *dandam*. Vid. Brencm. *h.*
(2) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Similis fuit* etc. et Gluck. *d. loc.* §. 850. *p.* 393. *Utilem*, id est, efficacem, D. Goth. *in not.* et Pothier. *ad. h. l.*

§. 2.

Non minueretur (1) *peculium* etc.] Vid. *L.* 1. *in fin h. t.*

(1) Hal. *minuetur*. Vid. Geb. *h*. Ant. Fab. *Conject.* XV. 5. *num*. 29. legit: *non minuitur obligatio, licet minueretur peculium* etc. Sed fine caussa. Vid. Gluck. *d. loc.* §. 850. *not*. 78. *p*. 382.

L. XXI. (1).

(1) Explicuit hanc Legem Cujac. *ad Paul. Lib.* XXIX. *ad Edict.*

§. 1.

Si sine die constituas, potest quidem dici, te non teneri, etc.] Ita olim obtinuisse, censet Hotoman. *Epitom. in h. t. Pand. num*. 12. Vid. Fabrot. *ad Cujac. Parat. ad h. t. Cod.* (1) ubi respondet Salmasio, qui ipsum notarat, *de Mod. Usurar. Cap*. 16. *p*. 720.

Sed modicum tempus statuendum est, non minus decem dierum, etc.] Triboniano haec adscribit Fab. *Conject.* XV. 4. consentiente Bachovio, *ad Treutler. Vol.* II. *Part.* II. *Disp*. 27. *Thes*. 6. *Lit. a. p*. 857. (2).

(1) Et conf. Gluck. *d. loc. p*. 390.
(2) Aliter Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Nescio, an* etc. add. de modico hoc tempore Merill. *Obs.* II. 16.

§. 2.

Si quis autem constituat se satisdaturum, etc.] Ita Flor., sed legendum *satisfacturum*, censet Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Exspectas* etc. recte. Basil. [*Tom*. IV. *p*. 185.] ἱκανοδοσίαν διδόναι (1).

Fidejussorem etc.] Al. *et fidejussorem* etc. (2).

(1) *Satisfacturum* etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h*. Probante et Val. Guil. Forster. *de Jur. Interpret.* I. 2. §. 19. in Thes. Otton. *Tom*. II. *p*. 962. et Pothier. *in not. ad h. l.* Sed Florentinam servat quoque Cod. Pand. Erlang. Vid. Gluck. *d. loc.* §. 852. *a. not*. 64. *p*. 415. *seq*. Cujac. *loc. cit.* *satisfacturum*,

rum, seu, quod idem est, *satisdaturum*. In praecedentibus verbis pro *si offerat satisfactionem* Hal. et Vulg. *scilicet si offerat satisdationem*. Vid. Brencm. *h*.

(2) Ita Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h*. Sed Auctor *Obs. Jur. Civ. Cap.* 20. *p*. 116. legere mavult: *si quis autem cum constituat* etc. illud *cum* repetens ex prima syllaba seq. vocis *constituat*, et retinens *satisdaturum*. Aliter Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. tit*. 15. *p*. 67. qui praefert *satisfacturum*, et legit: *si fidejussorem*, aut *si qui autem* etc. id est, *si autem, qui* etc.

L. XXII.

Si post constitutam tibi pecuniam,] Et quidem κληρονομίας ὀνόματι, juxta Graecos, et Cujac. *Tractat*. VII. *ad African. in expl. L*. 21. *de fidejussor*. Vid. ad *L*. 73. *ad SCtum Trebell*. (1).

Quoniam sortis *petitionem* etc.] Vid. *L*. 18. §. *ult. h. t*.

Sed magis est, ut fideicommissario, etc. *decernenda esset* (2) actio.] *Praetoria decretalis*. De quibus ad *L*. 15. §. 28. *de damn. infect*. Triboniano hanc periodum adscribit Faber, *Conjectur*. XV. 5. Male. Vid. Sande, *de Action. Cession. Cap*. 8. *num*. 36. *seq*. (3).

(1) Add. Jens. *in Strict. Jur. ad Pand. p*. 106.

(2) D. Goth. *in not. Al. sit*. Ita Hal. Vulg. *decernendam esse actionem*, omisso praecedente *ut*. Vid. Brencm. *h*.

(3) Add. Gluck. *d. loc*. §. 852. *a. not*. 79. *p*. 424. — Ad seq. *L*. 23. pauca notavit Cujac. *ad Lib*. XI. *Julian. Digestor*.

L. XXIV.

Titius Sejo epistolam (1) *emisit* etc.] Vid. *L*. 5. §. 3. *L*. 26. *h. t*. Quae et inter praesentes fiebat, et dicebatur

emitti. Vid. Cujac. *ad Marcell. Lib. Sing. Respons. in expl. h. l.* (2).

Si intercesfisfet stipulatio,] Animo novandi, Glosf. (3). Ineptit Gothofred.

Si non succesfisfet,]. In locum pupillorum.

(1) Flor. *epistulam*, et fic pasfim. Vid. notata fuperius ad *L. unic* §. 4. *de offic. Quaestor.* add. Trotz. *ad Hugon. de Prima scrib. origin. p.* 329.

(2) Add. notata fuperius ad *L.* 77. *de reivind.*

(3) Add. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 5. *et* 6. — Ad feq. L. 25. vid. Cujac. *ad Papinian. Lib.* VIII. *Quaestion.* Pro *si velit hodie fidem constitutae rei frangere*, Hoffman. *Meletem. ad Pand. Disf.* XIV. §. 1. ope geminationis legit: *constitutae heri rei* etc. propterea notatus a Puttman. *Interpr. et obs. Cap.* 17. §. 3. *p.* 78. *seq.* Sequitur in §. 1. *quia nemo dubitat, modestius facere* etc. Vid. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 4. §. 142. ibiq. Walch. et Otton. *in Papinian. Cap.* 9. §. 10. *p.* 233. Pro *quam ut* Hal. habet: *quam qui.* Vid. Geb. *h.*

L. XXVI.

Quidam ad creditorem literas etc.] Vid. *L.* 24. *h. t.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Scaevol. Lib.* I. *Responsor. in expl. h. l.*

L. XXVII.

Si postquam qui (1) *constituit pro alio, dominus ei denunciat,* etc.] *Debitor* legit Faber, *Conject.* XV. 4. probante Noodtio, *ad h. t. Pand.* Vf. *Porro ait Praetor* etc. (2). Bafilic. [*Tom.* IV. *p.* 186.] ὁ ἐναγόμενος.

(1) *Qui* dicitur pro *quis*, ut et alibi. Vid. notata fuperius ad *L.* 2. §. 3. *de eo quod certo loc. not.* 3. Imo Flor. antique *s* fuperfcripta, fed haec fuperfcriptio ec-

recens detersa. Vid. Brencm. *h.* qui addit, omnes Codices et editiones *quis* habere.

(2) Conf. Gluck. *d. loc.* §. 851. *not.* 55. *p.* 412. Fortasse tamen non opus; nihil enim obstare videtur, quo minus appellatione *domini debitorem* intelligamus. Pothier. *in not. ad h. l. dominus, id est, is pro quo constituit.*

L. XXVIII.

Adhuc is, pro quo constituit, obligatus manet.] Vid. Fab. *Cod.* VIII. 29. 3. Errat in hoc Carpzov. *Definit. Forens. Part.* II. *Const.* 16. *Def.* 2. (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 47. §. 10. — Inscriptionem sequentis *L.* 29. vitiosam esse, et pro *Lib.* XXIV. reponendum *Lib.* XXIX. notat Cujac. *ad Paul. Lib.* XXIV. *ad Edict. in expl. h. l.* Hal. habet *Lib.* XX. Vid. Geb. *h.*

L. XXX.

Etiamsi Titio *solverit,*] Qui in prima obligatione non continebatur. Vid. Duaren. *ad h. tit. Cap.* 4. *in fin.* (1). Haeret cum aliis Chesius, *Different. Jur. Cap.* 44. *in fin.* [in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* II. *p.* 757.] Sed *Cap.* 94. *num.* 6. rationem dat, quia principali obligationi Titius adjectus non est, nec est etiam verus procurator creditoris. *L.* 12. §. 1. *de solution.*

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 47. §. 10. et *ad Paul. Sent. Lib.* II. *Tit.* 2. *not.* 6. in *Jurispr. Antejustin. p.* 269. secundum quem, in praecedentibus verbis, vel legendum cum Vulg. *propriae actioni,* et intelligenda actio vetus de pecunia, quae postea constituta est, vel legendum *priori actioni* cum Cujacio, *Obs.* XIII. 20. et *ad Papinian. Lib.* VIII. *Quaestion. in expl. L.* 9. *h. t.* Codices et editiones omnes habere *propria actione,* testatur Brencm. *h.* et sic quoque edidit Pothier. *in Pand. Justin. hoc tit. num.* 24. Taurell. *propriActioni*; et *actioni* scrip-

ſcriptum eſſe pro *actione*, notat Weſtenberg. *in D. Marc. Diſſ.* IV. §. 14. *p.* 64. *Propriae actioni* ſcribit quoque Glück. *d. loc.* §. 850. *p.* 389. et intelligit *actionem ex ſtipulatu.*

L. XXXI.

Reſpondit (1), *nec civilem eo nomine actionem competere:*] Non idem in eo, qui lucri ſpe ſe decepit, ubi debitum eſt verum, at non bonum. Vid. Mev. *Deciſion. Part.* IX. *Dec.* 150.

(1) Hal. *reſpondi*, et mox iterum. Vid. Geb. *h.*

TITULUS VI.

COMMODATI, VEL CONTRA.

Commoda pro rebus commodatis, Cicer. *in Verrem*, *Lib.* IV. *Cap.* 3. (1).

(1) Add. Clar. Erneſt. *in Clav. Ciceron. in voc.* et Scheller. *in Lexic.* voc. *commodus*, ubi tamen notat, raro hanc vocem eo ſenſu uſurpari. — *Vel contra*, id eſt, viciſſim, è diverſo, Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Ait Praetor:* etc. add. Cujac. *in Parat. ad h. t. Pand.* Quare Praetor de *commodato* edixerit, quum de eo *civilis* ſit actio, disquirit Regius, *Enantioφ.* I. 2. in Theſ. Otton. *Tom.* II. *p.* 1480. *Praetoriam* hanc actionem eſſe, dicit Ant. Fab. *in Ration. ad L.* 1. *pr. h. t.* Sed vid. Glück. *Ausf. Erl. der Pand. hoc tit.* §. 853. *p.* 427.

L. I.

§. 1.

Inter commodatum autem, et utendum datum etc.] Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* in pr. (1).

Sed,

Sed, ut apparet, proprie commodata res dicitur, et quae soli est,] Vid. Hotoman. *Obs.* III. *ult.* *Commodare aedes*, Juvenal. *Sat.* VII. *vs.* 40. (2). Ita in Inscript. Graeca apud Gruter. *p.* 216. *b.* μηδὶ χρήσαιτο μουσεῖον μηδενί. Sic et Theophrastus, *in Charactere*, χρᾷν παλαίστραν, et σφαιριστήριον. add. Salmas. *de Usur. Cap.* 7. *p.* 168. *Exercitum commodare*, Hygin. *Fab.* LXIX.

Vivianus amplius etiam habitationem (3) *commodari posse ait.*] Junge tamen *L.* 17. *de praescript. verb.* (4). Non obstat *L.* 9. *de donation.* Vid. *ibid.* et Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 77. *Error.* 7. (5).

(1) Praecedit: *qui Edictum concepit*, id est, Julianus. *Cum Pacuvius* etc. qui fuit auctor hujus Edicti. Ita Noodt. *loc. cit.* et Gluck. *d. loc. p.* 427. *seq.* Sed Bertrandus, (*de Jurisper.* II. 14. Pacuvium dicit Edicti Interpretem; et Grotius, *de Vit. JCtor.* I. 11. §. 11. Pacuvium, ait, in Edicto Praetoris pro voce *commodati* substituisse vocem *utendi*. Pro *utendi* D'Arnaud. *Var. Conject.* II. 7. *p.* 261. legit *utendi dati*.

(2) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 48. §. 1. et Gluck. *d. loc.* §. 857. *p.* 450. Caussam, ob quam Labeo hic dissensit, Ulpianus non addit. Noodt. *d. loc.* Vs. *Sed apparet* etc. in fin.

(3) Id est, jus habitandi, non, ut Hotoman. *loc. cit.* vult, rem, vel aedificium. Vid. Schulting. *loc. modo cit.* et Duirsema, *Conject. Jur. Civ.* II. 2. §. 4. *p.* 183.

(4) Quae ex eod. Libro Ulpiani desumta est, et ubi dicit JCtus, tutius esse, *praescriptis verbis* agere. add. Schulting. Noodt. Duirsema, *locc. modo citt.* Late de hac *L.* 17. egit quoque Gluck. *d. loc. p.* 451. *seqq.* qui etiam alios laudat.

(5) Add. Schulting. *d. loc.* §. 2. et Duirsema, *d. loc. p.* 184. *seq.*

§. 2.

Quia ab initio non constitit.] Junge *L.* 3. *h. t.* (1).

(1)

(1) Add. de hoc §. Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Datur igitur* etc. — Seq. *L.* 2. exposuit Cujac. *ad Paul. Lib.* XXIX. *ad Edict.*

L. III.

Sed mihi videtur etc.] Junge *L.* 1. *h. t.*

Si locupletior pupillus factus sit,] Tempore litis contestatae. Vid. *L.* 37. §. 1. *de neg. gest.* Tenetur etiam, si dolum commiserit. *L.* 1. §. 15. *deposit. L. unic. Cod. de reputat. quae fiunt in judic. in int. restit.* add. *L.* 4. §. 26. *de dol. mal. et met. exc.*

§. 1.

Non videbitur reddita, quae deterior facta redditur,] Vid. *L.* 13. §. 1. *L.* 14. *de V. S.* (1). Facit huc Senec. *Excerpt. Controv.* VIII. 2. et Salvian. *de Gubernat. Dei, Lib.* V. *p.* 86. *Per hoc jam non eadem, quia non possunt penitus dici ipsa, quae sunt in aliqua sui parte vitiata.*

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 48. §. 9. et Voet. *ad h. t. Pand.* §. 7. qui hoc restringit ad vitia occulta, non vero pertinere putat ad vitia in oculos incurrentia, si commodans simpliciter rem recepit. Aliter Gluck. *d. loc.* §. 857. *p.* 460. Sequitur: *nisi quod interest* etc. Ita rectius, quam Flor., *nisi quid* etc. Vid. Brencm. *h.* Pro *proprie enim dicitur res non reddita,* etc. Hotoman. *Obs.* V. 24. legit: *res enim proprie dicitur reddita, quae non deterior redditur.* Frustra. Vid. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 217. Nic. Catharin. *Obs. et Conject.* II. 48. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 783. loco *proprie* reponit *prope.* Sed nec hoc opus.

§. 2.

In hac actione etc.] Agit de hoc §. Huber. *Eun. Rom. p.* 534. *seq.* Sed nihil adfert novi: et Chesius, *Different. Jur. Cap.* 50. *num.* 3. [in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.*

II.

II. *p.* 781. *seq.*] Sed non ubique probandus (1).

Sicut in ceteris bonae fidei judiciis,] Ubi sunt termini habiles. Vid. Noodt. *ad tit. Pand. de in lit. jurand.* Vs. *Postremo ait Marcianus* etc.

Et rei judicandae *tempus,*] Al. *judicatae* (2). Vel morae. Vid. *L.* 3. §. 3. *de action. emt. vend.* (3).

Quamvis in stricti,] Scil. *juris.* Sic *publicorum*, scil. judiciorum, in *L.* 8. *de publ. judic.* (4).

(1) Varias aliorum de hoc §. sententias recenset J. C. van Wachendorff. *Diss. de Condict. triticar. Cap.* 2. §. 16. in ej. *Triade Diss. p.* 333. *seqq.* add. Gluck. *Ausf. erl. der Pand. tit. de condict. tritic.* §. 844. *p.* 275. *seq.* qui recte notat, verba: *et rei judicandae tempus* etc. non accipienda esse de jurejurando in litem *affectionis*, quum hoc casu quaestio, quodnam tempus spectandum, supervacanea sit.

(2) Sic Vulg. Vid. Brenem. *h.*

(3) Conf. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 37. §. 7.

(4) Hal. *in stricti juris.* Al. *in stricti juris judiciis.* Cod. Pand. Erlang. *in strictis judiciis.* Vid. Gluck. *d. loc. p.* 276. *not.* 23.

§. 3.

Quasi hoc boni Judicis arbitrio conveniat.] Facit huc *L.* 9. *deposit. vel contra* (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 48. §. 7. et Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Ceterum, sicut* etc.

§. 4.

Si filiofamilias servove etc.] Facit huc *L.* 36. *de pecul.* (1).

(1) Pro *directo* in seqq. verbis Flor. scriptum est *derecto*, et Veteres *derigo* scripsisse pro *dirigo*, notat Duk. *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

§. 5.

Sed et ipsius quoque domini vel patris fraus duntaxat venit:] Etsi sola sit, non filii, vel servi. Facit huc *L.* 36. *de pecul.*

§. 6.

Nisi forte ad pompam, vel ostentationem quis accipiat.] Ut apud Diod. Sicul. *Lib.* XII. *p.* 328. add. *L.* 18. §. 1. *de reb. cred.* (1). Basil. Schol. subjiciunt exemplum: ὅπερ ἐν τοῖς ἐγκαινίοις τοῦ ἁγίου Θῶμα ποιοῦσιν οἱ Ζυγοστάται. [Tom. II. p. 80.] (2).

(1) Add. Suarez. *ad L. Aquil.* I. 2. *Sect.* 5. §. 38. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 26. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 48. §. 3. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Sed apparet* etc. Gluck. *d. loc.* §. 853. *p.* 430. *seq.*
(2) Qui sint *Zygostatae*, docet Jac. Gothofred. *ad L.* 2. *Cod. Theod. de ponderator. et auri inlat. Tom.* IV. *p.* 599.

L. IV.

Ut dicis gratia *numerationis loco intercedant.*] Vid. Connan. *Comm. Jur. Civ.* VII. 3. *num.* 2. Rittershus. *Sacrar. Lection.* III. 12. Herald. *Obs. Cap.* 14. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1327.] (1). Gloss. Basilic. [*Tom.* II. *p.* 80.] ponunt casum in eo, qui pecuniam acceptam ferre voluit, sed debitorem illam primo dicis causa numerare, ab alio acceptam commodato, et recipere, ut commodanti restitueret.

(1) Add. Alciat. *Dispunct.* IV. 15. Grotium, *in Flor. Sparsion. p.* 155. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 48. §. 3. Noodt. *de Pactis et transact. Cap.* 8. Vs. *Interea* etc. et *ad h. t. Pand.* Vs. *Sed apparet* etc. circa fin. Late de hac formula *dicis gratia*, ejusque usu, et vocis etymologia, egit Wieling. *in Lection. Jur. Civ.* I. 3. ubi etiam alias lectiones recenset: ne-

neminem tamen, addit, hodie esse, qui de vera lectione *dicis gratia* ambigat. add. Schottum, *Obs. Human.* V. 23. quem citat Brencm. *h.* Schelting. *Diss.* I. *de emancipat. Cap.* 3. §. 1. *in not.* in Jurispr. Antiq. Fellenberg. *Tom.* II. *p.* 485. H. Cannegiet. *in not. ad Heinecc. Antiquit. ad tit. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.* §. 31. *p.* 484. et *Obs. Jur. Rom.* IV. 3. *p.* 367. Gluck. *d. loc.* §. 853. *not.* 2. *p.* 431. et notata superius ad *L.* 5. *ex quib. causs. major.* Pecunias pompae et ostentationis gratia commodare, et dicis caussa, ut numerationis loco intercedant, esse res diversas, monet Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XIV. §. 3.

L. V.

Ut rationem loci, vel temporis habeat.] *Loci.* Facit huc *L.* 7. *de eo quod certo loco. Temporis.* Facit huc *L.* 137. §. 1. *de verb. oblig.*

§. 2.

An vero et omne periculum?] De *culpa levissima* accipit H. Coccejus, (1) *Collat. Jurid.* XI. §. 19. Male. add. seq. §. 4.

Ut in dote, ut in pignore,] Modestinus, apud Auctor. *Collat. LL. Mos. et Rom.* [*Tit.* 10. §. 2. in *Jurispr. Antejust. p.* 768.] *in fiduciae judicio, et in actione rei uxoriae* (2): qui locus cum hoc conferendus.

(1) Etiam Pothier. *in Pand. Justin. hoc tit. num.* 12. *in not.*

(2) Hinc manum Triboniani hic agnoscit Wissenbach. *de Emblem. Tribonian. Cap.* 3. *p.* 35. Dissentit Wybo, *in Tribon. defens. Cap.* 3. *p.* 168. add. de hoc §. Dissertationem Waechtleri, quam laudat, et cujus summam refert Trotz *in Praef ad Opusc Waechtler. p.* 54. *seqq.* sequitur: *et ideo verior est Quinti Mucii sententia, existimantis et culpam praestandam et diligentiam.* Aliud in *precario:* rationem differentiae reddit Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Nunc dicam* etc. add. Jac. Gothofred. *ad L.* 23. *de reg. jur.*

in ej. *Oper. Minor. p.* 805. *seqq.* — Ad seq. §. 3. vid. Gluck. *d. loc.* §. 855. *p.* 485. *seqq.*

§. 4.

Nisi forte, cum possit res commodatas salvas facere, suas praetulit.] Vid. Paul. *in Sent.* II. 4. §. 2. (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 10. §. 1. Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Nunc dicam* etc. Gluck. *d. loc.* §. 855. *p.* 438. *seqq.* Praecedit in Lege: *vel aliquid damnum fatale.* Brencm. *h.* mavult: *vel aliquod damnum* etc. et sic quoque habent plerique Codices, quos vidit. — *Custodiam plane diligentem* in seq. §. 5. esse custodiam diligentissimam, monet Noodt. *loc. modo cit.* Sequitur in seq. §. 6. *dicendum erit praestare.* Subintellige *debere.* Vid. G. O. Reiz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 373.

§. 7.

Nam si tibi equum commodavero, ut ad villam adduceres, tu ad bellum duxeris, etc.] Vid. Paul. *in Sent.* II. 4. §. 3.

Nam et si servum tibi tectorem etc.] Οἰκοδόμον, Basilic. *Tom.* II. *p.* 70. (1).

(1) Add. Bynkersh. *Obs.* VIII. 4. et Heinecc. *ad Brisson. de V. S.* voc. *tector.* Sequitur: *ceterum si, ut de plano opus faceret,* etc. Vid. ad haec verba Casp. Barthium, *Adversar.* XLVII. 14. add. Burman. *ad Sueton. Tom.* I. *p.* 537. De *Lapidario* vid. Brisson. *de V. S.* in voc. et Burman. *ad Petron. Cap.* 58. *p.* 294.

§. 8.

Si tibi codicem *commodavero,*] Vid. Cujac. *in Prooem. Parat. Cod.* (1).

Et in eo chirographarium *debitorem tuum* etc.] In Cod. Flor. *chirographum;* sed Char. et alii hanc lectionem prae-

fe-

ferunt (2). Basilic. habent tantum τὸν χρεώστην σου. Salmas. de Usur. Cap. 6. p. 130. legit *chirographo*. Pratej. *Jurispr. Med.* IV. *ult.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 581.] *chirographum scribi, debitoremque* etc. Simplicior Salmasii emendatio.

Cavere feceris, (3).] Vid. *L.* 17. §. 3. Vs. *Igitur. h. t.*

(1) Basil. ἀντικρὺ μου. Ad praecedentia verba: *Quin imo et qui alias* etc vid. Cujac. *ad Julian. Lib.* XI. *Digestor.* add. Noodt. *ad h. t. Pand.* in fin. *Alias*, id est, aliter. Graeci ἄλλως, id est, alio modo. Sic Leunclav. *Notator.* II. 103. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1526. Pro *alias* Hal. et Vulg. habent *aliter*. Fortasse tamen non opus: nam, licet rarius, nonnunquam tamen *alias* dici pro *alia ratione, alio modo*, notat Duk. *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. adferens locum Curtii, VIII. 1. 24. et *L.* 8. §. 8. *de pecul. legat.* add. Wieling. *Lection. Jur. Civ.* I. 22. *p.* 78. *seq.* et Graev. et Oudendorp. *ad Sueton. in Tiber. Cap.* 71. *p.* 459.

(2) E septem Codicibus quinque habere *chirographarium*, et in duobus reliquis, qui *chirographum* habebant, ita correctum esse, omnes quoque editiones ita habere, testatur Brencm. *h.*

(3) Flor antea fuit *faceverefeceris*. Vid Brencm. *h.* qui propterea restituendum putat *facere feceris*, quoniam praecedit *chirographum*, quod alias esse deberet *chirographo*, nisi dicere quis malit, *chirographum cavere* esse *cautionem cavere*, ut *gaudium gaudere*, *ludum ludere* etc. add. Lyclam. *Membran.* I. 14. *in fin.*

§. 10.

Vel ipsi Praetori quis ultro commodavit.] Non rogatus. (1).

(1) Praecedit: *vel si quis ludos edens* etc. Multas antiquas editiones habere *ludo sedens*, eamque lectionem, quamvis pravam, etiam secutos videri Graecos, observat Hoffmann. *Meletem. Ad Pand. Diss.* XIV.

§. 4. — *Repignorare* in seq. §. 12. esse *luere*, *et liberare pignus*, notat Pothier. *ad h. l.* add. Brisson. *de V. S.* in voc. — Sequentem §. 13. explicuit Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 189. *seq.* Verba *Cartilius ait* Flor. recentiorem quem uncis inclusisse, et hanc parenthesin a Vulg. Nor. et vulgo a MSS. abesse, sed perperam, quum idem JCtus bis quoque nominetur in *L.* 69. *de heredib. instit.* notat Brencm. *h.* add. Ant. Augustin. *Emendat.* III. 6. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1512. et vid. de hoc JCto Majans. *loc. modo cit.* Verba *cum lance* Graeci vertunt *μετὰ δίσκου*, *Tom.* II. *p.* 71.

§. 14.

Et argentum ad ministerium *praeberem*,] Vid. Lamprid. *in Alex. Sever. Cap.* 34. ibiq. Casaubon.

Et cum commode argentum domi *referre* etc.] Al. *domum* (1). Basil. *εἰς τὸν οἶκόν μου.*

(1) Ita Hal. Vid. Gebauer. *h.* Sequitur: *ibi hoc reliquero.* Flor. scriptum esse *relinquero*, et ita quoque habere Taurell., notat Gebauer. *d. loc.*

§. 15.

Si duobus etc.] Vid. de hoc §. et seq. *L.* 21. §. 1. Huber. *in Praelect. ad h. t. Pand. num.* 2. Merend. *Controv. Jur.* VIII. 16. (1).

Sed esse verius ait, et dolum, et culpam, et diligentiam, etc.] Vid. Mornac. *ad h. l.* et Carpzov. *Definit. Forens. Part.* II. *Const.* 26. *def.* 14.

Quare duo quodammodo etc.] D. Goth. *in not.* " *Quodammodo* improprietatis nota etc. " Vid. Cujac. *Obs.* XXVI. 26.

Competit furti actio.] Junge seq. *L.* 7.

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 48. §. 7. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Haec, si unus* etc. Gluck. *d. loc.* §. 858. *p.* 472. *seq.* qui etiam alios laudat. Expli-

plicuit hunc §. quoque Petr. Martref. *in JCtor. Resp. Not. Cap.* 23. in Thef. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 730. *feq.* Sequitur: *Pro parte quidem* effectu *me usum habere.* D. Goth. *in not.* „ Al. *evectus*, id est, *evectionis.*" Male. Vid. Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. qui fenfum JCti hunc esfe ait: fi cum pluribus vehiculo vehar, me, quod ad ufum vectionis, idem habere, quod haberem, fi folus veherer, quia, licet folus, non tamen plus loci corpore meo fim occupaturus, quam fi cum alio vehar. Tò *effectu* hoc fenfu faepius occurrere, docet Cujac. *Obf.* III. 15.

L. VI.

Ut *alterutro agente* etc.] D. Goth. *in not.* *Al. et* (1). Bene Vulg.

(1) Ita Hal. Vid. Gebauer. *h.*

L. VII.

Unde quaeritur etc.] Junge *L.* 5. *h. t.*

Et paratus fit etc.] *Cavere* addunt alii: quod etiam fubintelligit Schol. Bafil. [Tom. II. p. 83.] (1).

(1) Pro *conveniri*, quod fequitur, Vulg. habet *convenire*, etiam Hal. in margine, et ita quoque Flor. fubantique factum. Vid. Brencm. *h.* Speciem Legis proponit Martres. *loc. modo cit. Cap.* 24.

§. 1.

Sed *fi Legis Aquiliae* etc.] Al. *fed et* (1).

Quod videtur habere rationem.] Prolixius Bafil. [*Tom.* II. *p.* 72.]

(1) Ita Hal. Vid. Gebauer. *h.* add. de hoc §. notata fuperius ad *L.* 18. *ad L. Aquil.* add. Schulting. *Thef. Controv. Dec.* 49. §. 1. et Pothier. *in not. ad h. l.* — Ad feq. *L.* 8. *et* 9. vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vf. *Sed apparet* etc.

L. X.

Nihil praestare,] Vid. *L. ult. h. t.* (1).

(1) Ad inscriptionem Legis vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 23. *de reg. jur.* in ej. *Oper. minor. p.* 791.

§. 1.

Si rem inspectori *dedi*,] Διατιμητῇ, Basil. [*Tom.* II. *p.* 73.] (1).

Si sui caussa accepit.] Junge *L.* 12. *h. t.* et vid. ad *L.* 20. *eod.*

(1) Add. Brisson. *de V. S.* voc. *inspector.*

L. XII.

Ulpianus Lib. XXIX. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 10. *h. t.*

§. 1.

Ei, *qui commodatus est.*] Insolentius. Vid. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 18. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1291.] (1).

(1) Add. Brencm. *h. Ei qui commonitus est*, legit Nic. Catharin. *Obs. et Conj.* III. 2. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 784. *Cui commodatum est*, H. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* II. 3. *p.* 14. *seq. Cui commodata res est*, Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 4. §. 2. *p.* 199. atque ita habere Hal. notat D. Goth. Sed voculam *res* apud Hal. abesse, monet Gebauer. *h.*

L. XIII.

§. 1.

Id ipsum praestabit,] Scil. *ei* (1).

Prius (2) *quam periculo ejus fit.*] Facit huc *L.* 90. *de*

de reg. Jur. Non tamen perpetua haec regula. Vid. Noodt. *de Foenor. et Usur.* I. 8.

(1) *Ei* addit Hal. probante Noodt. *loc. cit.* Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 166. Gluck. *d. loc.* §. 857. *p.* 462. ubi de hac Lege. G. O. Reizius, *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 369. *qui experiundum dedit* explicat: qui prius a domino experiundum acceperat, sed alii locaverat. Basil. *Tom.* II. *p.* 74. ἐπὶ τῷ γυμνάσαι πρᾶγμα. Pro *cuidam* Vulg. habet *cuiquam*. Vid. Brencm. *h.* Τὸ *cuique* malam versionem esse, ait Jensius, *d. loc.*

(2) Τὸ *prius* apud Hal. et Vulg. abest. Sed praeter rem. Vid. Duk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

§. 2.

Veluti cum per errorem indebitum etc.] Vid. *L.* 35. *de condict. indeb.* (1).

(1) Add. de hoc §. Fern. de Retes; *Opusc.* II. 1. *Cap.* 7. §. 4. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 104. et Pothier. *in Pand. Justin. hoc tit. num.* 6. *in not.*

L. X I V.

Ulpianus Lib. XLVIII. *ad Sabinum.*] Ubi de stipulatione servorum egit.

Et commodati, et furti nascitur actio, etc.] Nec altera alteram tollit. Vid. Cujac. *Obs.* XVII. 12.

L. X V.

Commodare possumus etiam alienam rem, etc.] Vid. *L.* 1. §. 39. *deposit.* et Cujac. *ad Lib.* XXIX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 48. §. 4. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Primum videbo* etc. Gluck. *d. loc.* §. 857. *p.* 457. *seq.*

L. X V I.

Et si fur, vel praedo etc.] Vid. *L.* 64. *de judic.*

L. X V I I. (1).

(1) Vid. Cujac. *ad Lib.* XXIX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

§. 3.

Non officium tantum impedit, sed et suscepta obligatio inter dandum accipiendumque:] Nisi gravis causa aliud velit, ut in *L.* 3. *Cod. de loc. cond.* add. Huber. *Eun. Rom. p.* 536. (1).

Voluntatis est enim suscipere mandatum, etc.] Vid. Vinn. *de Pact. Cap.* 8. *num.* 22. Facit huc *L.* 5. *in fin. deposit.* et Lucian. *Abdic. p.* 716. *Mandatum* delet Faber, cum agatur de negotiorum gestione. Dissentit Huber. *d. loc.* et habent Basil.

Igitur si pugillares etc.] Vid. Salmas. *de Mod. usur. Cap.* 10. *p.* 422. (2).

Ut debitor mihi caveret,] Vid. *L.* 5. §. 8. *h. t.*

(1) Et *in Prael. ad h. t. Pand. num. ult.* Sed vid. Gluck. *d. loc.* §. 855. *p.* 446. *seqq.* qui etiam alios laudat.

(2) Add. Joh. Wunderlich. *Comm. de Pugillaribus.* Jenae. 1756.

§. 4.

Nam eum qui carrucam (1) *puta, vel lecticam commodavit, non recte acturum de singulis partibus.*] Junge *L.* 36. *de eviction.* (2).

(1) Ita Vulg. Flor. *charrucham*, haud dubie vitiose. Hal. *caruchum.* Taurell. *carrucham.* Vid. Brencm. *h.*

(2) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Nunc dicam* etc.

§. 5.

Contrario judicio aut rem etc.] Potest etiam, qui pretium dat, cautionem exigere. *L.* 13. *pr. h. t.* Vid. Cujac. *ad Lib.* XXIX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* (1).

(1) Add. Voet. ad h. t. Pand. §. 8. et Gluck. *d. loc.* §. 859. *not.* 23. *p.* 474.

L. XVIII.

§. 2.

Veluti de impensis in valetudinem servi factis,] Vid. Paul. *in Sent.* II. 4. §. 1.

Nam cibariorum impensae etc.] Vid. Modestin. apud Auctor. *Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 10. [§. 2.]

Sicuti cibariorum,] Facit huc *L.* 30. §. 1. *de Aedil. edict.*

§. 3.

Item qui sciens vasa vitiosa etc.] Vid. *L.* 17. §. 3. *in fin. h. t.*

§. 4.

Potest salvum habere jure pensationis;] Vid. *L.* 1. §. 4. *de contr. tut. action.* (1).

Sed fieri potest, ut amplius esset, etc.] Quo casu hodie poterit etiam actor condemnari. Vid. *L.* 14. *Cod. de sent. et interloc.* Jan. a Costa, *in Summ. Tit.* X. *de mut. petit. p.* 386. (2).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* in fin. Neque hoc mutatum *L. ult. Cod. h. t.* Vid. Vinn. *ad* §. 30. *Inst. de action. num. ult.* et *Sel. Quaest.* I. 51. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 48. §. 10. Gluck. *d. loc.* §. 857. *p.* 465. add. Gilb. Regium, *Enantioph.* I. 8. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1483. et Wisenbach. *in Comm. ad d. L. ult. Cod.*

(2) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 32. §. 4. et Gluck. *Ausf. erl. der Pand. tit. de jurisdict.* §. 204. p. 186. *seqq.*

L. XIX.

Qua enim cura, etc.] Vid. ad *L.* 41. *loc. cond.* (1).

(1) Add. Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 5. §. 14. in *Jurispr. restit. Wieling. p.* 91. *seq.* Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 48. §. 8. et Cujac. *ad Lib.* I. *Julian. Digest. in expl. h. l.* Male hanc Legem in Basil. tribui Ulpiano, monet Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XIV. §. 4.

L. XX.

Argentum (1) *commodatum si tam idoneo servo* etc.] Multo magis securus est, qui ei tradidit, quem nominavit debitor. *Consil. JCtor. Batav. Part.* II. *Cons.* 32. Vid. de hac quaestione Duaren. *ad h. t. Cap.* 8. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* II. *Const.* 26. *Def.* 13. et *Part.* IV. *Const.* 41. *Def.* 12. et 13. et Mev. *ad Jus Lubec.* IV. 1. 7. *num.* 10. *seqq.*

(1) *Vasa argentea* interpretatur Cujac. *ad Lib.* III. *Julian. ad Ursej. Feroc. in expl. h. l.* Pro *aestimare* Hal. habet *existimare.* Vid. de harum vocum confusione notata superius ad *L.* 10. *de stat. homin. not.* 3.

L. XXI.

Africanus Lib. VIII. *Quaestionum.*] Junge *L.* 31. *tit. seq.* et *L.* 61. *de furtis* (1).

Respondit (2), *furti quidem non esse*, etc.] Aliud videtur Autumno, cujus argumentis respondet Huber. *in Eun. Rom. p.* 537. qui tamen non negat, hunc aliquam poenam mereri (3).

(1) Add. Cujac. *Tract.* VIII. *ad African. in expl. h. l.*

(2)

(2) Litera *t.* Flor. subantique deleta est, indeque omnes editiones habent *respondi.* Vid. Brencm. *h.*

(3) Add. Chesium, *Interpr. Jur.* II. 6. *num.* 36. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 963. *seq.*

§. 1.

Habiturum me commodati actionem cum contubernalibus constat pro cujusque parte:] Nec enim singulis in solidum commodavit. *L.* 5. *in fin. h. t.* (1).

(1) Ad quam vid. notata. add. Toullieu, *Diss. ad L.* 69. *pro socio, Cap.* 8. §. 2. in ej. *Collectan. p.* 34. *Contubernales* sunt Commilitones. Vid. Cujac. *loc. cit.* et Brisson. *de V. S.* in voc. *num* 2. Pothier. *in Pand. Justin. hoc tit. num.* 13. *in not.* esse dicit *decem milites sub eodem papilione degentes.* — Ad seq. *L.* 22. vid. Cujac. *Obs.* XVII. 12. et *ad Lib.* XXII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* et Auctor, *Obs. Jur. Civ. Cap.* 9. *in fin. p.* 54. — Ad seq. *L.* 23. vid. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 377.

TITULUS VII.

DE PIGNERATITIA ACTIONE, VEL CONTRA.

Occurrit et *exceptio pigneratitia* in *L.* 6. §. 9. *comm. divid.* (1).

(1) De *contractu fiduciae,* olim etiam usitato, vid. citatos superius ad *L.* 1. *de his qui not. infam. not.* 6. add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 50. §. 2. *et* 3. Noodt. *Obs.* II. 7. *et* 8. et *ad h. t. Pand.* in pr. J. G. van Musschenbroeck. *Diss. de Lege Commissor. in pign. Cap.* 4. in Nov. Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 666. *seqq.* Pothier. *in Pand. Justin.* in *Append. ad hunc tit.* Gluck. *Ausf. erl. der Pand. hoc tit.* §. 862. *p.* 8. *seqq.*

L. I.

L. I. (1).

(1) *Sed etiam nuda conventione* etc. Non obstat §. 71 *Inst. de action.* Vid. Fab. *in Ration. ad h. l.* et Gluck. *d. loc.* §. 861. *p.* 3.

§. 1.

Et aes dederit,] *Subdiderit*, Salmas. *de Mod. Usur.* *Cap.* 12. *p.* 511. Facit huc *L.* 36. *h. t.* (1).

(1) Add. Jos. Fern. de Retes, *Miscellan.* I. 24. *num.* 4. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 85. — Ad seq. §. 2. vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 50. §. 10.

L. III.

Si quasi recepturus a debitore tuo cominus (1) *pecuniam*, etc.] Vid. *L.* 137. *pr. de verb. oblig.*

Et si agente te contraria pigneratitia, etc.] Vid. *L.* 9. *pr. L.* 11. §. 2. *L.* 22. §. 3. *h. t.* (2).

(1) Id est, *statim.* Vid. Cujac. *Obs.* XI. 39. et Noodt, *ad h. t. Pand.* in fin. add. Klockium, *ad Liv.* III. 40. §. 10. et notata superius ad *L.* 21. *de reivind.* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XIV. §. 5. legi vult *continuo.* Flor. scriptum *comminus.*

(2) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 50. §. 10. et Chesium, *Interpr. Jur.* I. 37. *num.* 18. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 194. *seq.* Sequitur: *nec redditum.* Taurell. *reDitum.* Falli, qui ajunt Flor. legi *creditum*, notat Rusfard. Sed in archetypo revera esse *neccreditum*, testatur Brencm. *h.* qui id natum putat ex fortiore pronunciatione literae *c.* Conf. notata superius, *Tom.* I. *p.* 4.

L. IV.

Ubi vero (1) *convenit, ne distraheretur, creditor, si distraxerit, furti obligatur:*] Non tamen venditio est nulla. Vid. Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 87. *error.* 4.

Nisi ei ter fuerit denunciatum., etc.] Id olim in aliis quoque casibus juris fuit. Vid. Paul. *in Sent.* II. 13. (2). Sed hic moneri, ut de casu dubitabili, vult Noodt. *ad Lib.* XX. *Pand.* Vs. *Postquam de actione hypothecaria* etc. Si in antichresi id convenerit, eam non posse distrahi, censet Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 9. *Error.* 7. (3).

(1) De priore hujus Legis parte egit Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 16. *p.* 122. *seqq.*

(2) Ubi vid. Schulting. *not.* 27. et *ad Paul. Sent.* II. 5. *not.* 4. et *Thes. Controv. Dec.* 81. §. 8. Rygerbos. *d. loc. Cap.* 17. *p.* 128. *seqq.* putat, verba haec: *nisi ei* etc. esse antiquum glossema. Sed eum refutavit Puttman. *Diss. Varia Jur. Civ. Cap. contin. Cap.* 2. in ej. *Opusc. Syllog. p.* 109. *seqq.* Aliter H. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* II. 7. *p.* 171. qui legit: *ne, si ei* etc. *et cessaverit, distrahet.* Putem, nulla emendatione opus esse.

(3) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 81. §. 8. *in fin.*

L. VI.

Melius autem est dici, etc.] Hunc versiculum Triboniani esse, credit Fab. *in Ration. ad h. l.* nec non ego.

§. 1.

Si id foeneret, (1).] D. Goth. *in not. Al. si id, quod plus est, foeneret.* Quod placet Fabrot. *ad Parat. Cujac. ad tit. Cod. de nautic. foen.*

(1) Flor. *faeneret*, et sic etiam, *foenus* in Pand. Flor. passim scribi per *ae*, notat Brisson. *de V. S.* in voc. — Ad seq. *L.* 7. vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 13. *not.* 7. in *Jurispr. Antejustin. p.* 283. eamque jungendam cum *L.* 8. *in quib. causs. pign. vel hyp. tac. contrah.* censet Gluck. *d. loc.* §. 865. *p.* 56. *seq.*

L. VIII.

§. 8.

Quia eis verbis omnes pensiones demonstrarentur:] Defendit Huber. *Eun. Rom. p.* 538. *seq.* (1).

(1) In *pr.* §. pro *sua quaque die* scribendum fuisse *sua quaeque die*, et mox *vendere eam* vertendum fuisse *vendere id*, ait Jens. *in Strict. ad Pand. in Append. p.* 656. *Quaeque* habet Hal. et *vendere id* Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* De formula *annua*, *bima*, *trima die*. vid. Cujac. *Obs.* XI. 29. et Schulting. *ad Ulpian. Fragm. tit.* 6. §. 8. In *fin.* §. pro *statim competit ei pacti conventio* van de Water, *Obs. Jur. Rom.* II. 19. *p.* 235. legit: *statim competit ex pactione venditio*, vel, *vi pacti venditio*. Jo. Cannegiet. *Disq. de Notis*, *p.* 305. *competit ei pacti conventi actio*, vel *jus*. Sed vulgatam lectionem defendit van Dorp, *Obs. Cap.* 6. *p.* 50. *seq.* et *in Add. p.* 158. *in fin.* probante Puttman. *Diss. Meletem. Jur. Civ. exhib. Cap.* 6. *in fin.* in ej. *Opusc. Sylog. p.* 176.

L. IX.

Aut malitiose etc.] Vid. *L.* 3. *h. t.* (1).

(1) De *seq.* §. 1. vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* non longe a pr. In seq. §. 2. *nec possessio* dici pro *ne quidem possessio*, notat Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 17. *p.* 456. add. notam Duker. *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. Ulpianum addidisse: *neo proprietas*, *ut in fiducia*, censet Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 3. *p.* 36. Dissentit Wybo, *in Tribon. defens. Cap.* 9. *p.* 268. *seq.* De differentia inter pignus et hypothecam vid. *Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 231. *seqq.* add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 75. §. 3. *seq.* et Gluck. *d. loc.* §. 861. *p.* 2. *seqq.*

§. 3.

Omnis pecunia exsoluta esse debet, etc.] Vid. *L.* 40. *pr. h. t.*

Ut

Ut nascatur pigneratitia actio.] Id est, *possit intentari.* Sic *L.* 13. §. 8. *de act. emt. vend.* Facit huc *L. ult.* §. 2. *de divort.* Add. Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 100. *Error.* 8. *num.* 9. et *de Pignor. et hyp.* III. 15. *et* 16. (1).

Sive aliis pignoribus etc.] Vid. *L.* 50. §. 1. *de jur. dot.* (2).

Vel nuda conventione,] Qua liberatur debitor. *L.* 11. §. 2. *h. t.*

(1) Vid. et Bav. Voorda, *in not. ad Prael. Jan. a Costa*, *p.* 330. *seq.*

(2) Sequitur; *sive reo dato*, id est, expromissore dato. Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Satis de soluto etc.* et Gluck. *d. loc.* §. 871. *not.* 69. *p.* 126.

§. 5.

Qui ante solutionem etc.] Hinc colligunt, jus superveniens ex caussa de praeterito prodesse, et confirmare judicium invalidum, Vid. Cyriac. *Controv.* 158. *num.* 26. *seqq.*

Licet non recte egit (1),] Vid. §. 3. *h. l.* Facit huc *L. unic. in fin. quand. dies ususfr.* etc. (2).

Tamen, si offerat etc.] Vid. *L.* 6. §. 1. *quib. mod. pign. vel hyp. solv.* (3).

(1) De constructione τοῦ *licet* cum Indicativo vid. notata superius ad *L.* 31. *de Legib. not.* 2. in fin.

(2) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 50. §. 9.

(3) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Reliquum est* etc. Hoc ita accipiendum, ut *obsignatio* et *depositio* debeat accedere, monet Voorda, *in not. ad Prael. Jan. a Costa*, *p.* 329.

L. XI.

Vel si fidejussor conventus fuerit.] Ratio dubitandi in *L. ult. Cod. de fidejussor.*

§. 2.

§. 2.

Si quasi daturus etc.] Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Ut igitur obtineat* etc. (1).

Vel ſi pactum, etc.] Vid. *L.* 9. §. 3. *h. t.*

(1) Quem etiam vid. *ibid.* de praec. §. 1.

§. 3.

Vel in uſuras obſtrictum est pignus, etc.] D. Goth. *in not.* „ *Nec in uſuras*, *Cujac. Obſ.* V. 28. (1) *reprehenſus a Roberto* etc." et Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Part.* I. *Diſp.* 3. *Theſ.* 3. *Lit. c. p.* 126. (2).

(1) Et *Obſ.* XV. 22. a qua tamen emendatione videtur deinceps recesſisſe, *Obſ.* XIX. 27. Vid. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 171.

(2) Add. Schulting. *Theſ. Controv. Dec.* 50. §. 7. et *Dec.* 87. §. 1. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Ne hoc quidem* etc. Theod. Jo. Alex. Pagenſtecher. *Spec. de Viol. emend. in Jur. Civ. non admitt. Cap.* 3. *p.* 103. Gluck. *d. loc.* §. 871. *not.* 70. *p.* 127. Probat tamen emendationem Cujacii. Pothier. *in not. ad h. l.* — Ad ſeq. §. 4. vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Pollicetur igitur* etc.

§. 5.

Vel procuratori ejus,] Erant et procuratores inſularum. Vid. Petron. *Satyr. Cap.* 96. et Burman. *ibid. ad Cap.* 95. *p.* 456. in fin.

Plane in eam duntaxat ſummam invecta mea et illata tenebuntur, etc.] Vid. *L.* 24. §. 1. *loc. cond.* — Tacitae hypothecae. Unde Accurſius colligit, invecta et illata a ſecundo conductore, et ſecundo locatori, et domino teneri. add. quae ſequuntur, et Bachov. *de Pignorib.* I. 6. *num.* 11. Hic ergo accedit hypotheca ſecundi obligationi con-

conductoris primi. Vid. Averan. *Interpr. Jur.* II. 12. *num.* 22.

In quam coenaculum (1) conduxi:] Ergo non tenentur, si gratis habitem. Vid. *L.* 5. *pr. in quib. causs. pign. vel hyp. tac. contr.* (2).

Non enim credibile est, hoc convenisse, etc.] Facit huc *L.* 4. *pr. in quib. causs. pign. vel hyp. tac. contr.*

Frivola mea] Sic quoque Juven. *Sat.* V. *vs.* 59. et Senec. de *Tranquill. anim. Cap.* 1. (3).

Videtur autem tacite etc.] Solutio objectionis ex §§. *seqq.* Conf. Glosf. (4). An huc facit *L.* 21. *de pign. et hyp.*

(1) Flor. *cenaculum.* Vid. Heinecc. *ad Brisson. de V. S.* voc. *coena.*
(2) Certe tunc non tenentur pro mercede, sed quidem, ut puto, pro deterioratione. arg. *L.* 2. *eod.*
(3) Add. Bynkersh. *Obs. Jur. Rom.* VI. 25. *num.* 6. et *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. Heinecc. *ad Brisson. de V. S.* voc. *frivolus.* Dempster. *ad Rosin. Antiq. Rom.* V. 30. *p.* 377.
(4) Add. Noodt. *de Pact. et Transact. Cap.* 2. Vs. *Alterum est* etc. et Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 76. §. 9.

§. 6.

Adeo ut ne per procuratorem plerumque, *vel tutorem adquiratur:*] *Plerumque*, et mox *non semper* sunt a Triboniano ob *L.* 2. *Cod. per quas pers. cuiq. adq.* Vid. Sand. *de Action. cession. Cap.* 6. *num.* 16. Balduin. *in Justin. Lib.* II. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 1110.] (1). Sed an et huc facit *L.* 21. *de pign. et hyp.*

Quod constitutum est ab Imperatore nostro,] D. Goth. *in not. Alexandro Severo* (2). Imo Severi Filio, Antonino Caracalla (3).

(1) Add. Wissenbach. *de Emblem. Triban. Cap.* 3. *p.* 36.

p. 36. seq. et Pothier. in not. ad h. l. Dissentit tamen Wybo, in Tribon. defens. Cap. 1. §. 11. p. 239. seq. Vid. et Westphal. Pfandrecht, §. 56. not. 77. cit. a Gluck. d. loc. §. 862. not. 63. p. 21.

(2) Add. Gluck. d. loc. p. 20. in not.

(3) Conf. notata superius ad L. 17. de stat. homin. et ad L. 33. §. 2. de procurator.

L. XIII.

Ulpianus Lib. XXXVIII. *ad Edictum.*] An forte legendum *Lib.* XXVIII. Conf. *L.* 15. 22. 24. *h. t.* Vidit hoc Labittus (1).

Si, cum venderet etc.] Vid. Bachov. *de Pignorib.* III. 27.

Sed et ipse debitor aut vindicare rem poterit, etc.] Scil. soluta venditione. Facit huc *L.* 10. §. 1. *quib. mod. pign. vel hyp. solv.* Triboniano hanc periodum adscribit Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 22. *error.* 9. a quo dissentit Huber. *Eun. Rom. p.* 539. *seq.* Sed probat Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Part.* II. *Disp.* 27. *Thes.* 2. *Lit. e. p.* 725. Noodt. *ad Lib.* XX. *Pand.* VI. *Effectus venditi pignoris* etc. (2).

(1) In *Usu Indic. Cap.* 6. §. 8. in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 118. *seq.* add. Marckart. *Prob. rec. lect. Jur. Civ. Part.* I. *p.* 103. et Gluck. *d. loc.* §. 867. *p.* 78.

(2) Qui tamen hanc clausulam Ulpiano abjudicare non audet. add. Pothier. *in not. ad h. l.* et Gluck. *d. loc.* §. 875. *p.* 158. *seq.*

§. 1.

Ut in commodato;] *At*, moxque delet (;) Noodt. *Probab.* I. 4. (1). Cujus rationibus non satisfacit Huber. *Eun. Rom. p.* 541. *seq.* (2). Ulpianus ipse reclamat *L.* 5. §. 2. *tit. praec.* nec quisquam aliter olim. Noto quoque Ulpiani locum in *L.* 9. §. 5. *de reb. auct. Jud.* pos-

posita. quem hic in re clara a semet ipso dissensisse, ut vult Jac. Gothofred. *ad L.* 23. *de reg. Jur.* (3), non est probabile. De confusione *a* et *u* vid. Clar. Burman. *ad Nemesian. Cyneget. Vs.* 170.

(1) Et IV. 3. et *ad h. t. Pand.* Vs. *Reliquum est* etc. et quem laudat Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 50. §. 8. *At* legit quoque Hopp. *Comm. ad Proöem. Instit. p.* 11. edit. Walch. Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. 29. Atque ita jam ante Noodtium legisse Niellium, notat Bynkersh. *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. et notarunt etiam alii. Locum Niellii descripsit Wieling. *Lection. Jur. Civ.* I. 7. *p.* 24. Unde fuerunt, qui Noodtium plagii accusarint. Sed vid. van Dorp, *Diss. ad Loca quaed. Jur. Cap.* 4. in Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 41. *seq.* et in primis Barbeyrac. *in Vit. Noodtii*, circa fin. Vs. *Non possum* etc. praemiss. ej. *Operib. At in commodato* adscriptum fuisse suo exemplari ante annos plus centum, notat Duk. *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. Emendationem Noodtii probant quoque Heinecc. *in Praef. ad Libb.* IV. *prior. Obs. Bynkersh.* et *in Additam. ad Vinn. Comm. ad* §. *ult. Inst. quib. mod. re contr. oblig. num.* 5. Leyser. *Medit. ad Pand. Spec.* 153. Eckhard. *Herm. Jur.* 1. 2. §. 76. *p.* 85. aliique. Vulgatam tamen lectionem defendit Wieling. *loc. modo cit.* quem sequitur Schroder. *Obs.* III. 5. *p.* 226. Taxat quoque censuram Noodtii Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 107. Sed contra Wieling. et Jens. pro emendatione Noodtii disputat van Dorp, *Diss. modo laud.* et *Obs. Cap.* 9. *p.* 83. *seqq.* et Noodtii crisin contra Waechtler. *in Opusc. p.* 201. *seqq.* defendit Auctor, *in Obs. Miscellan. Vol.* III. *p.* 123. *seqq. Ut ut*, ope geminationis, legi vult A. G. Pagenstecher. *Adversar. jur.* II. 10.

(2) Et *in Prael. ad tit. Inst. de oblig. quae re contrah.* §. 15. qui intelligit casum, quo pignus in solius creditoris gratiam contractum est. Pari modo Voet. *ad h. t. Pand.* §. 5. et jam ante eos Cujac. *Obs.* XIX. 24. Alii aliter. Vid. Wieling. *loc. supra cit.* Otton. *in not. ad* §. 2. *Inst. quib. mod. re contrah. oblig.*

 Marc.

Marckart. *Probab. rec. lect. Jur. Civ. Part.* I. *p.* 101. *seqq.* Walch. *ad Eckhard. Herm. jur. d. loc. p.* 86. Sammet. *Opusc. p.* 32. Theod. Jo. Alex. Pagenstecher. *Spec. de viol. emend. in Jur. Civ. non admitt. Cap.* 3. *p.* 103. Pothier. *in not. ad h. l.* et quos plures citat Gluck. *d. loc.* §. 867. ubi *p.* 74. *seqq.* late de hac Lege egit, et varias de ea Interpretum sententias accurate recensuit, et examinavit. add. annotationes meas ad *L.* 23. *de reg. jur.*

(2) Veteres JCtos hac in re dissensisse ait, imo et Ulpianum variasse. Vid. et Schilter. *Prax. Jur. Rom. Exercit.* XXVI. §. 6.

L. XIV.

Ea igitur, quae diligens paterfamilias etc.] Vid. *L.* 9. §. 5. *de reb. auct. Jud. possid.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* XXIX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

L. XVI. (1).

(1) Vid. Cujac. *ad Lib.* XXIX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l. Tuendum erit*, scil. pignus. Vid. Brencm. *h.* D. Goth. *in not. Al. tuendus.* — Ad seq. §. 1. vid. Noodt. *de Form. emend. dol. mal. Cap.* 12. Ad verba: *quamvis et stellionatus crimen committat*, vid. Merill. *Obs.* II. 28. et Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 50. §. 10. Verbum *morbosum* in fin. §. Perrenon. *Animadv.* II. 14. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 645. interpretatur *caducum.*

§. 2.

Quia hodie utiles actiones superficiariis dantur.] Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 63. *Error.* 9. Sed *Error.* 10. excipit, nisi ad modicum tempus sit datum jus, ex *L.* 1. *pr.* et §. 3. *de superficieb.*

L. XVII.

L. XVII.

Mercedis soli] *Solarium* vocatur in *L.* 15. *qui potior. in pign.* (1).

(1) Add. Burman. *de Vectigal. Pop. Rom. Cap.* 12. *p.* 204. *seq.* Vulg. τὸ *ut* transtulit ad vocem praec. *sane*, legens : *Sane, ut Divi Severus* etc. Vid. Brencm. *h.*

L. XVIII.

§. 2.

Sicut in partu ancillae, qui post venditionem natus sit.] Vid. Cujac. *in Parat. ad tit. Cod. de part. pign.* (1). *Secus in partu* etc. legit Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 60. *Error.* 4. Aliter Bachov. *de Pignorib.* II. 10. *num.* 4. (2). Basil. ut hic [*Tom.* IV. *p.* 7.]

(1) Et *ad Lib.* XXIX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 79. §. 7. qui tamen nec improbat emendationem Fabri. Aliter Dan. Denysfen, *Spec. de Paroem. Jur. hodiern. mobilia non habent sequelam*, *Cap.* 2. §. 23. *p.* 41. *seq.* Lugd. Batav. 1799. qui Legem intelligit de partu sine matre obligato.

(2) Et *ad Treutler. Vol.* II. *Part.* I. *Disp.* I. *Thes.* 2. *Lit. f. pag.* 12. *seq.* et Voet. *ad tit. Pand. de pignor. et hyp.* §. 3.

§. 3.

Quia aliud sit (1) *materia, aliud navis:*] Tabulae facta nave perierunt, nec considerari possunt, nisi cum interitu navis. Vid. Chef. *Different. Cap.* 68. *num.* 11. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 827.]

Facta natave] Haec verba conjunctim accipienda: de fructibus enim non opus tali pacto. Vid. Chef. *d. loc. num.* 12.

(1) De hac constructione vid. notata superius ad *L.* 1. §. 4. *de just. et jur.*

§. 4.

Si liberam peculii administrationem habuit:] Vel administrationem simpliciter. Vid. *L.* 13. *pr. de condict. indeb.* (1).

(1) Praecedit: *tuendum est.* D. Goth. *in not. Al. tuendus.* Sed vid. notata superius ad *L.* 16. *pr. h. t.* Flor. litera *m* subantique deleta est, et superscripta *s*. Vid. Brencm. *h.*

L. XX.

Aliena res pignori dari voluntate domini *potest:*] Non aliter. Dissentit P. Faber, *Semestr.* II. 17. Male. Vid. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 17. (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 79. §. 1. Pauca tantum ad hanc Legem monuit Cujac. *ad Lib.* XXIX. *Paul. ad Edict.*

§. 1.

Aequalis omnium caussa est.] Ratione temporis. Ratione personarum, Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 21. *Error.* 9. *num.* 8. quod non probo (1).

(1) Ad seq. §. 3. vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Ceterum, ut appareat* etc.

L. XXI.

Et area ejus tenebitur:] Vid. Ches. *Different. Cap.* 68. *num.* 13. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 827.] (1).

(1) *Et area ejus ustae tenebitur*, legit Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XIV. §. 6. In inscriptione Le-

Legis pro *brevium* Al. habere *brevis Edicti*, notat D. Goth. Ita Taurell. in margine, et Hal. Vid. Geb. *h.* Vid. de his Libris Pauli Bach. *in Hist. Jur.* III. 2. *Sect.* 5. §. 31. *seq.* ibiq. Stockman.

L. XXII.

Si pignore subrepto etc.] Male hoc *pr.* abrogari per *L. ult. Cod. de furt.* putat Autumnus. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 542. *seq.*

Papinianus confitetur. Et est verum,] Et haec a Triboniano esse, vult Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 81. *Error.* 4. notatus a Bachov. *ibid.* (1).

Vel condictione,] D. Goth. *in not. Incerti*, etc. Vid. *L.* 12. §. *ult. de condict. furtiv.* add. Cujac. *in Parat. ad tit. Cod. de condict. furtiv.* (2) et *ibid.* Fabrot. Frustra igitur Faber, *d. loc.* adscribit hoc verbum Interpreti malo, notatus a Bachov. *ibid.* et Huber. *loc. cit.*

Et quidem non oportere id ei restitui, quod ipse ex furti actione *praestitit,*] Vid. *L.* 87. *de furt.* Aliud ratione *condictionis furtivae.* Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 10. *Inst. de oblig. quae ex del.* (3).

(1) *Confitetur* malam versionem esse τοῦ ὁμολογεῖν, somniat Jens. *Strictur. ad Pand. p.* 107.

(2) Et *ad Lib.* IX. *Quaest. Papinian.* et Pothier. *in not. ad h. l.*

(3) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 50. §. 6. et Gluck. *d. loc.* §. 874. *p.* 148. *seqq.* qui etiam alios laudat. Egit de hoc loco etiam Noodt. *ad h. t. Pand.* V. *Satis de soluto* etc.

§. 1.

Nihil neque (1) *restituet* etc.] Obstat *L.* 14. §. 9. *quod met. causs.* (2). Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 81. *Error.* 2. et *ibid.* Bachov. et *Dec.* 82. *Error.* 9. et 10.

(1) *Nihil neque esse loco neque quicquam*, imitatione Graecorum, notat Brencm. *h.* addens, Al. tamen aliter habere. Sed temerariam esse hic omnem mutationem, et infinita reperiri exempla etiam apud bonos auctores, observat Duk. *ibid.*

(2) Ad quam vid. notata. add. Gundling. *de Efficientia metus*, *Cap.* 6. §. 23. *in not.* in ej. *Exercitat. Acad.* *Tom.* II. *p.* 125. *seq.* qui verba Ulpiani corrupta esse putat Librariorum incuria.

§. 2.

Proderit igitur ei, etc.] Sic et Basil. [*Tom.* IV. *p.* 9.] Imperito Interpreti haec adscribit, et potius scribi debuisse *non proderit* etc. putat Fab. *Conject.* VII. 9. et *de Errorib. Pragm. Dec.* 81. *Error.* 4. quem refutat Bachov. *ibid.* et *ad Treutler. Vol.* II. *Part.* I. *Disp.* 1. *Thes. ult. Lit. c. p.* 61. Vid. et Cujac. *ad Lib.* VI. *Papinian. Quaestion. in expl. L.* 55. *de condict. indeb.* Imperito Interpreti haec etiam adscribit Pichard. *ad* §. 28. *Inst. de action. Quaest.* 24. *num.* 21. (1).

(1) In seq. §. 3. pro *distractum* Hotoman. legere *contractum*, notat D. Goth. Sed vulgatam lectionem tuetur Bynk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. add. Bachov. *de Pignorib.* III. 29. *num.* 9. et Gluck. *d. loc.* §. 873. *p.* 144. *in not.*

§. 4.

Nam usu hoc evenerat,] *Casu*, Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 81. *Error.* 4. quod Bachov. *ibid.* putat non esse opus (1).

Sed (2) tanti *venderet* (3),] Id est, *tantum tanti.*

(1) Add. de hoc §. Gluck. *d. loc. p.* 139. *seq.*

(2) Pro *venditio*, quod praecedit, Hotom. legere *conditio*, notat D. Goth. Sic jam Hal. in margine. Vid. Geb. *h.*

(8) Hal. *vendidit*, et pro *quanto*, quod Flor. sequitur, *quanti*.

L. XXIII.

Quam pretium ex re obligata (consecutus est) (1) victus eam emtori restituit,] *Duplam*, Gloss.

(1) Vulg. supplet: *acceperat*, et è novem Codd. tres tantum habere *consecutus est*, testatur Brencm. *h.* add. de hac lege Gluck. *d. loc. p.* 141. *seqq.* qui etiam alios laudavit.

L. XXIV.

Eleganter apud me quaesitum est, si impetrasset (1) creditor a Caesare, ut pignus possideret etc.] *Pr.* et §. 1. *h. l.* a Triboniano esse, late ostendere conatur A. Faber, *Cod.* VIII. 31. *Def.* 20. *not.* 26. Stylus tamen non probat, et dissentit bene Huber. *Eun. Rom. p.* 544. *seq.* Vid. et Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 100. *Error.* 7. *et* 8. ubi etiam a censura Fabri haec vindicat (2).

Et a contractu recessum.] Pignoris scil. Quatenus tamen contra alios creditores v. gr. posteriores huic succurratur, vid. apud Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 100. *Error.* 9. *num.* 8. *et* 9.

Si forte pigneratitia etc.] Ob damnum in pignore datum. Vindicat haec contra Fabrum Bachov. *d. loc. Error.* 9.

(1) De quo vid. Brisson. *Sel. Antiq.* IV. 9.
(2) Add. Jos. Fern. de Retes, *Opuscul.* II. 2. *Cap.* 1. *num.* 22. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 122.

§. 1.

Quia reproba pecunia etc.] Vid. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* II. *Const.* 28. *Def.* 3. (1).

Reprobis videlicet nummis reddendis.] Non videtur Ulpia-

piani Stylus, quod nec negat Huber. *Eun. Rom. p.* 546. (2).

(1) Add. Houck. *Diss. de Ration. Vett. JCtor. falso susp. Cap.* 2. §. 2. in Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 347. *seq.*
(2) Dissentit Houck. *d. loc.*

§. 2.

Si vendiderit quidem creditor etc.] Et hunc §. Triboniano imputat Faber. Dissentit Huber. *Eun. Rom. p.* 547. *seq.* (1).

Mandandas ei actiones adversus emtorem, periculo *tamen venditoris.*] Quoad culpam. Facit huc *L.* 9. *de distract. pignor.* ubi vide (2).

(1) Add. Westphal. *Pfandrecht*, §. 518. *not.* 241. quem citat Gluck. *d. loc.* §. 872. *not.* 73. *p.* 129.
(2) Sequitur: *quod si accepit jam pecuniam, superfluum reddit.* Ubi non necesse esse, ut legamus *superfluum reddet*, vel *reddat*, monet Reiz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 372. *in fin.* In nonnullis editt. male legi *nec superfluum*, notat Ant. Augustin. *Emendat.* I. 2. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1434. et Leonin. *Emendat.* VII. 22. Probat tamen hanc lectionem Jauch. *de Negation. Pand. p.* 21. lapsus quoque in eo, quod dicat Flor. exstare *et superfluum reddidit*, et Taurell. recte negativam ex Vulg. addidisse: Flor. enim legitur *superfluum reddit*, et sic quoque edidit Taurell., et exstat hic locus in Corp. Jur. Geb. et Spang. Nihil pugnae est inter hunc §. et seq. *L.* 42. *h. t.* ad quam vid. notata. — Ad seq. §. 3. vid. Noordkerk. *Disq. de L. Petron. Cap.* 3. §. 15. *et* 17. *p.* 117. *et* 123.

L. XXV.

Si quidem jam imbutos,] Vid. Sueton. *de Illustr. Grammat. Cap.* 4. (1).

(1)

(1) *Pag.* 951. edit. Oudendorp. qui *ibid.* notat, verbum hoc tironibus, et pueris proprium esse. Sequitur in fine Legis: *medie igitur haec* etc. Sensum esse, Judici mediam viam in his tentandam esse; vulgo tamen inde factum *me tibi*, et H. a Porta substituisse *medio-criter*, notat Brencm. *h.* Sed ita etiam locutum esse Lactant. *de vero cultu*, VI. 15, eumque locum, et alia huc pertinentia, retulisse Salmas. *ad Spartian. in Sever. Cap.* 1, *pr.* observat Bynk. *ibid.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. De verbo *delicatus* vid. Gluck. *d. loc.* §. 866, *not.* 6, *p.* 67. ubi citat Ern. Mart. Chladen. *Diss. de debitore delicato in contrario fiduciae judicio ex mente Ulp. ad L.* 25, *de pign. act.* Vitemb. 1743.

L. XXVI.

Non est mirum, etc.] Vid. Noodt. *ad Lib.* XX. *Pand.* Vs. *Reliquum est* etc.

L. XXVII.

Is, qui semel de peculio egit, rursus etc.] Facit huc *L.* 47. §. 2. *h. t.* Ut actio ex aequitate Praetoria per se detur, et non tam ex facto domini, quam ob peculium.

§. 5.

Ab emtore residuum consequatur.] Vid. *L.* 32. §. 1. *h. t.*

§. 6.

Post statutum tempus] Olim *annum*, et sic forte scripsit Ulpianus, et Tribonianus mutavit, respiciens *L. ult. Cod.* *de dol. mal.* (1).

(1) Vid. tamen Bynkersh. *Obs.* VII. 19.

§. 7.

Ultra, non.] Vid. L. 21. §. 2. h. t. et Cujac. *ad* *L.* 17. *de dol. mal.* (1).

(1) Quem etiam vid. de seq. *L.* 31. *ad Lib.* XXX. *Pauli* *ad Edict.*

L. XXXII.

L. XXXII.

Quamvis non in majorem quantitatem etc.] Vid. *L.* 14. §. 1. *h. t.*

Quod *penes se habet*,] An, *quam?*

Veluti patrimonium,] Vid. *L.* 19. §. 1. *h. t.*

§. 1.

Licet restauretur praecedens,] Vid. *L.* 30. §. 4. *h. t.* D. Goth. *in not.* „*recedens*, *Fulgos.*" et Glosf. (1).

Quod accessit peculio, posse nos ab emtore consequi:] Facit huc *L.* 30. §. 5. *h. t.*

(1) Ita quoque Hal. qui praeterea in margine habet: *alias*, *repetens*. Vid. Geb. *h.*

L. XXXIII.

Ut pretium pro peculio *acciperet*,] Cujus intuitu saepe pluris venibant. Vid. Lucian. Βιων πρασ. *p.* 386.

L. XXXV.

Non videtur penes heredem esse peculium.] Ita Cassiani. add. *L.* 1. §. 10. *de dot. praeleg.* Aliter Proculiani. *L.* 1. §. 7. *tit. seq.* ubi vide, et add. Cujac. *Tract.* IX. *ad African. in expl. L.* 38. *de condict. indeb.*

L. XXXVI.

Sed et si quid praeterea dolo malo patris etc.] In stricti juris actionibus debuit separatim agi de dolo. Vid. Cujac. *ad L.* 41. *de judic.* et Chesf. *Different. Jur. Cap.* 26. *num.* 6. [in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* II. *p.* 693. *seq.*] ubi notat Ant. Fabrum, qui putat, de peculio actionem esse semper stricti juris.

Hoc et in ceteris bonae fidei judiciis accipiendum esse,] Vid. *L.* 5. *pr. h. t.*

Et

Et si quid dolo malo domini captus etc.] Quandocunque. Vid. *L.* 21. §. 3. *h. t.*

L. XXXVII. (1).

(1) Pro *teneberis de peculio* Flor. initio erat *teneris*, quod praefert Brencm. *h.* quamvis mutatio antiqua sit.

§. 1.

Sed hi venditori praestabuntur duntaxat de peculio servi.] Facit huc *L.* 29. §. 1. *h. t.*

§. 2.

Per (1) *quam id, quod praestitisset, consequi posset.*] Quippe exstincta jam communione. Facit huc *L.* 27. *L.* 28. *L.* 32. *pr. h. t.*

Postquam placuit, alienato homine, etc.] Vid. *L.* 11. §. 8. *h. t.*

(1) Incipit hic §. *servum communem, quem cum Titio aut cum Sempronio habebam* etc. Ubi verba: *cum Titio aut*, delet Cujac. *Obs.* XIII. 8. et *ad Julian. Lib.* XII. *Digestor. in expl. h. l.* probante Pothier. *in not. ad h.* §.

§. 3.

Non est iniquum, ut ex universo ejus peculio, etc. *rem* (1) *consequatur.*] Vid. *L.* 19. §. 1. *h. t.*

An pecuniam mutuam ab eo acceperit:] Scil. nomine domini, ne obstet *L.* 25. §. 3. *de usufr.* Vid. Cujac. *ad Lib.* XII. *Julian. Digestor. in expl. h. l.* (2).

(1) Forte *rem* ex *reliquum* factum, conjicit Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XV. §. 3. quamvis emendationem non putet necessariam.

(2) Et *ad L.* 118. *de verb. obligat.* probante Pothier. *in not. ad h.* §.

L. XXXVIII.

Quamvis nihil patri filius debet (1),] Vid. *L.* 36. *pr. h. t.*

Et haec decem teneat,] Et sic alicui posset videri haec actio competere.

Nihilo magis tamen patrem damnandum etc.] De peculio, vel clausula doli, quae requirit, ut haec actio detur. Vid. Cujac. *Tract.* VIII. *ad African. in expl. h. l.*

Itaque ad exhibendum agere me, etc.] Exhibere enim potest.

(1) Hal. *debeat*. Vid. Geb. *h.* Sed pari modo scriptum in seq. *L.* 42. *h. t.* add. notata superius ad *L.* 35. *de condict. indeb* et ad *L.* 11. §. 5. *ad L. Aquil.* et Modorum transitus etiam apud Nostros frequens. Vid. notata superius ad *L.* 37. *de hered. petit. L.* 54. *de usufr. L.* 1. §. 11. *si quadr. paup. fec. dic.*

§. 1.

An deducto eo, quod patri etc.] Ut fieret in repetitione.

§. 2.

Idem Pamphilus debet domino quinque.] Nec habet peculium (1).

(1) Sequitur: *ejus quod vicarius suus debet.* Hal. inserit *servus*. Vid. Geb. *h.* Sed dictionem *servus* supervacuam esse, notat Leonin. *Emendat.* VII. 18. *num.* 6.

§. 3.

Servo, quem tibi vendideram, pecuniam credidit] Postea.

L. XXXIX.

Quod parsimonia sua etc.] Facit huc Senec. *de Benefic.* III.

III. 21. Plaut. *Sticho*, I. 2. *vs.* 3. Ovid. *Amor.* II. 2. *vs.* 39. (1).

(1) Add. Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Instit. per quas pers. cuiq. adq.* §. 3.

L. XL.

Crescit, decrescit,] Vid. *L.* 28. §. 1. *de stat. liber.*

Papirius Fronto (1) *dicebat, peculium simile esse homini.*] Vid. Scip. Gentil. *Parerg.* II. 7. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1323. *seq.*] (2).

(1) Vulg. *Papinianus Frontoni*, ut in *L.* 4. *de L. Rhod. de jact.* Vid. Brencm. *h.*

(2) Add. Freinshem. *ad Flor. Prooem. Lib.* I. *num.* 4. *p.* 7. edit. Duk. et Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 257. *seqq.*

§. 1.

Si vero tunicas. etc.] Obstat *L.* 25. *h. t.* quam Accurs. accipit de casu, quo jam ante servo peculium constitutum est (1). — Idem si peculio suo haec emerit. Plaut. *in Pseudol.* IV. 7. *vs.* 92.

Quod ei dominus necesse habet praestare,] Apud Hebraeos dominum ad haec obligatum non fuisse, dicunt Rabbinistae. Vid. Selden. *de Jur. Nat. et Gent.* VI. 8. *p.* 747. Sed vid. Ainsworth. *ad Levitic.* XXVI. 46.

Moritur, cum ademtum sit.] Vid. *L. ult. tit. seq.*

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 55. §. 3. Pothier. *in not. ad h. l.* et Gluck. *d. loc.* §. 905. *not.* 20. *p.* 358. *seq.* Praecedit: *necesse non habet praestare, id esse* etc. Vulg. *ei praestare.* Vid. Brencm. *h.* Rucker. *Obs. Cap.* 4. §. 6. *num.* 2. *p.* 143. *praestare ei, id* etc. ope geminationis.

L. XLI.

Factum magis demonstramus,] In talibus non attenditur jus potestatis patriae, vel dominicae. *L.* 44. *pr. de cond. et demonstr. L.* 130. *de V. O.* (1).

(1) Praecedit in Lege: *Nec servus quicquam debere potest.* Graeci addunt: κατὰ νόμον. Vid. Leunclav *Notat.* II. 38. in Thes. Otton *Tom.* III. *p.* 1513. et Idsing. *Diss. de Mutuo, et vet. liter. oblig. Cap.* 5. §. 12. in Nov. Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 166.

L. XLII.

Idem Lib. XII. *ad Edictum.*] Agens de *capite minutis* (1).

In adrogatorem etc.] Vid. Cujac. *ad* §. 1. *Inst. de adq. per adrogat.* (2).

(1) Vid. Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 2. §. 7. in *Jurispr. restit. Wieling. p.* 13. *seq.*

(2) Add. Labitt. *d. loc.* ibiq. Schmucc. Wieling. *in Praetermiss. ad Labitt. et Schmucc. ibid. p.* 213. Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XLIII.

Ante rem judicatam servum vendideris,] Vid. *L.* 30. *pr. h. t.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* XXX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* quem etiam vid. de seq. *L.* 45. *ad Lib.* LXI. *Paul. ad Edict.*

L. XLVI.

Quod et specialiter permissurus est (1).] Facit huc *L.* 48. *h. t.*

(1) Hal. *esset*, et etiam Basil. utuntur Praeterito. Vid. Brencm. *h.* probante Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.*

Diss. XV. §. 2. add. de hac Lege Cujac. *ad Lib.* LX. *Paul. ad Edict.*

L. XLVII.

Non etiam (1) *de peculio.*] Vid. *L.* 29. §. 1. *h. t.*

(1) Hal *non etiam*, *ne de peculio.* Rucker. *Obs. Cap.* 3. §. 14. *p.* 107. *non*, *ne etiam* etc. ope geminationis. Non tamen opus, putat Puttman. *Diss. Var. Jur. Civ. Cap. contin. Cap.* 4. §. 2. in ej. *Opusc. Syllog. p.* 124.

§. 1.

Cum servus fidejussisset (1),] Vid. *L.* 3. §. 5. *h. t.*

(1) Flor. erat *fidejussisse*, sed a manu antiqua superscriptum *tet*, ut fieret *fidejussisset et*: rejiciunt tamen *et* editt. et Codd. Vid. Brencm. *h.*

§. 2.

Tamen cautionibus locum esse non placuit etc.] Rationem dabit *L.* 30. §. 4. *h. t.* Vid. Chesf. *Different. Jur. Cap.* 26. [in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* II. *p.* 692. *seqq.*] ubi non unam dat rationem.

§. 3.

Sed re integra non esse permittendum actori etc.] Aliud forte visum Juliano, et Gajo. *L.* 27. §. 3. *h. t.* (1). Gloss. non satisfacit. Cujac. *ad Lib.* I. *Scaevol. Responsor. in expl. L.* 60. *pr. mandat.* dicit, ibi dividi non a principio, sed successive. Sed verba Gaji id vix patiuntur.

(1) Dissidium Vett. JCtorum hic quoque agnoscit Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 4.

Sed et ipse emtor.] Vid. *L.* 11. §. 8. *h. t.*

§. 5.

Non minuit peculia, etc.] Vid. *L.* 38. *in fin. h. t.* Uno casu haec regula fallit. Vid. *L.* 9. §. 5. *h. t.* et Cujac., *Tract.* VIII. *ad African. in expl. d. L.* 38.

§. 6.

Et si alio quovis genere dominium mutatum sit:] Vid. *L.* 1. §. 6. *tit. seq.*

L. XLVIII.

§. 1.

Cui peculii administratio etc.] Facit huc *L.* 46. *h. t.*

L. XLIX. (1).

(1) Vid. de hac Lege Majanſ. *ad* 30. *JCor. Fragm. Tom.* I. *p.* 276. *seqq.*

§. 2.

Ex causſa civili etc.] Id est, tali, ex qua inter homines liberos nasceretur civilis obligatio, ut bene Glosſ. nam Gothofred. nugatur.

Nuda ratio non facit eum debitorem.] Vid. *L.* 4. §. 1. *h. t.* Facit huc *L.* 2. §. 3. *de dol. mal. et met. exc.*

L. L.

Eo tempore, quo in peculio nihil est, etc.] Idque constat.

In bonorum posſesſionem, ejus rei ſervandae causſa, mitti non posſum, etc.] D. Goth. *in not.* „*Imo*, etc. *L.* 7. § 15. *quib. ex causſ. in posſesſ.*" Ubi vide (1).

Qui de peculio cum eo acturus sum:] Postea, non jam. Vid. *L.* 20. *de dol. mal.*

Nec ad rem pertinet, quod fieri potest, ut damnatio se-

qua-

quatur:] Imperitia, vel malitia Judicis: quod non curandum.

Nam et si in diem etc.] Ratio ulterior. *L.* 47. §. 2. *h. t.*

Sed fidejusſorem datum etc.] Objectio secunda.

Quoniam fidejusſor futurae *quoque actionis accipi posſit*:] Vid. D. Goth. *in not.* add. *L.* 6. §. *ult. de fidejusſor.* — Non vero ideo agi. Vid. *L.* 35. *de judic.* vel in posſesſionem mitti. Vid. Cujac. *ad Lib.* IX. *Papinian. Quaestion. in expl. h. l.*

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 55. §. 8. ubi frustra laborari, ait, in his Legibus conciliandis. Vid. et P. J. de Fremery, *Spec. de Ration. Vett. JCtor. Cap.* 2. §. 3. *in not. p.* 53. *seq.*

§. 1.

Illius temporis peculium considerabitur.] Nulla enim hic res judicata. Facit huc *L.* 37. *h. t. L.* 6. §. 2. *de hered. vel act. vend.* Fingitur enim pater hereditati solvisse. *L.* 41. §. 2. *de eviction.* Nec obstat confusio. *L.* 1. §. 18. *ad L. Falcid.* Opponitur *L.* 83. *eod.* Nec res dubio caruit. Vid. *L.* 56. *eod.* et Cujac. *loc. modo cit.*

§. 2.

Quia naturalis obligatio, etc.] Vid. *L.* 60. *de condict. indeb.* Secus in civili, si quis pro alio litem suscipiat. Vid. Cujac. *d. loc.* (1).

(1) Sequitur Flor. in §. 3. *cum bonae fidei serviret mihi.* Hal. et Vulg. *bona fide*, quod reponendum censet Brencm. *h.* Ad verba: *ut eam manumitterem*, D. Goth. notat: *ita Flor. sed cum Hal. reponendum: ut eum* etc. Sed Brencm. *h.* observat, *ut eam* merum mendum esse Typographi in Taurelliana, quamvis etiam apud Russard. et alibi pro variante lectione annotatum sit. Denique pro *neque enim admittendum*

 ci-

esse distinctionem etc. Vulg. habet admittendam. Sed vid Duker. in not. ad h. l. in Corp. Jur. Geb. et Spang. add. notata superius ad L. 1. §. 4. de offic. Praef. urb.

L. L I.

Quod debetur servo etc.] Quod adde si, vel lego quando, ut annotat Parens meus.

Quod enim dicitur, etc.] An, etiam?

In eodem redibit,] Forte, id eodem etc. (1).

Et in omnibus, etc.] An, ut in omnibus?

Quia habent actionem,] Etiam realem: pone, solvendos ex certa re alicui aliquot aureos. De quo vid. citatos a Cyriac. Controv. 440. num. 16.

Delegatio pro justa praestatione fit.] Vid. D. Goth. in not. add. L. 1. §. 16. si quadr. paup. fec. dic. L. 14. in fin. de serv. corrupt. L. 7. pr. de cond. causs. dat. causs. non sec. L. 8. § 5. et 10. mandat. L. 31. de act. emt. L. 2. deposit. Delegatio, id est, cessio. Vid. L. 11. Cod. de donation. et Sand. de Action. cession. Cap. 1. num. 9.

(1) Hal. et Vulg. in idem. Vid. Brencm. h. Explicuit hanc Legem Altamiran. ad Lib. II. Scaevol. Quaestion. in Thes. Meerman. Tom. II. p. 398. seqq.

L. L I I.

Respondi, nullum privilegium etc.] Ad quaestionem primam.

Nec tamen interesse puto, etc.] Ad quaestionem secundam.

Quid ergo est? etc.] Ad quaestionem tertiam (1).

Quod ille pro patrimonio habuit,] Id est, diverso. L. 32. pr. h. t.

(1) Sequitur; quasi tutelae erit. Flor. aliquamdiu fuit, tutelaedaerit, et da expunctum recentius. Vid. Brencm.

Branch. h. qui propterea legendum putat: *tutelae dandae erit*. add. de hac Lege Cujac. *ad Lib*. IV, *Paul. Quaestion*. De repetitione τοῦ *an*, in priore Legis parte, vid. Duker. *ad Flor*. II. 6. §. 19. *p*. 312.

§. I.

Restitu iri] Sic Flor. pro *restitutum iri* (1).

(1) Add. notata superius ad *L*. 6. *pr*. *de usufr. earner*. etc. Hal. *restituturi*. Vid. Geb. *h*.

L. LIII.

Nisi mandatis sibi actionibus,] Hae enim aliter non videntur translatae. Facit huc *L*. 3. *pro socio*. *L. ult. pr. de donation*. (1). Nec semper transiisse utiles. Sand. *de Action. cession. Cap*. 8, *num*. 10.

(1) Add. Cujac. *ad Lib*. XI. *Paul. Quaestion. in expl. h. l*. Quod hic docetur de servo *manumisso*, etiam obtinuisse in servo *per mancipationem alienato*, censet D'Arnaud. *Var. Conject*. II. 16. *p*. 319. *seqq*.

L. LIV.

Respondit (1), *non competere*.] Facit huc *L*. 27. §. 4. *h. t*. (2).

(1) Hal. *respondi*.
(2) Add. Cujac. *ad Lib*. I. *Scaevol. Resp. in expl. h. l*. ubi et observat, hujus Legis responsum etiam proponi in *L. ult. h. t*. Sed aliquanto latius. Vid. et Ant. Augustin. *Emend*. I. 7. in Thes. Otton. *Tom*. IV. *p*. 1453.

L. LV.

Quod tunc, cum vi eximeres etc.] Vid. *L*. 5. §. 1. *ne quis eum, qui in jus voc*. etc. (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib*. I. *Nerat. Responsor. in expl. h. l*.

Vulg. post *spectari* addere *oportet*, sed subaudiendum *responsi*, notat Brencm. *h.*

L. LVII.

Quod aliquis eorum, cum moriebatur, habuit.] Supple ex *L. ult. tit. seq.*

§. 1.

Ideoque omnia incrementa peculii etc.] Vid. §. 20. *Inst. de legat.*

L. LVIII.

Hi servi domino *debitores* etc.] *Domini* (1) *L.* 54. *h. t.* ubi idem responsum. add. de hac Lege Averan. *Interpr. Jur.* II. 28. (2).

(1) Ita quoque Hal. Vid. Geb. *h.*
(2) Ubi et de *calendario.* add. Trotz. *ad Hugon. de Prim. scrib. orig. p.* 368.

TITULUS II.

QUANDO DE PECULIO ACTIO ANNALIS EST.

Quondam peculium. L. 7. *Cod. quod cum eo, qui in al. pot.* etc. *Quasi peculium. L. ult. h. t.*

L. I.

Alienatusve fuerit,] Non idem post alienationem servi dolo. Vid. *L.* 1. §. 1. *tit. seq.*

§. 4.

Vel fiscus] Obstat *L.* 3. §. 4. *de minor.* Vid. Vigl. *ibid. alleg.* (1). Aliter Vinn. *ad pr. Inst. quib. non est* per-

permiss. fac. test. num. 5. et Bachov. *ad Treutl. Vol.* II. *Part.* II. *Disp.* 31. *Thes.* 7. *Lit. d. p.* 1207. *seq.*

(1) Add. Pothier. *in Pand. Justin. tit. de pecul. num.* 39. *in not.* et Gluck. *Ausf. erl. der Pand. hoc tit.* §. 913. *not.* 36. *p.* 399.

§. 7.

Et ait Caecilius etc.] Qui Proculianus fuit. Vid. *L.* 64. *de donat. int. vir. et uxor.* Aliter Sabiniani. Vid. *L.* 35. *tit. praec.* (1).

Ergo, si tradiderit sine caussa, erit conveniendus,] Sed et ipse possessionem, vel cautionem, poterit condicére per *L.* 39. *de condict. indeb. L.* 5. §. 1. *de usufr. ear. rer.* etc. Et haec sententia obtinuit, *L.* 18. *de pec. legat. L.* 2. *Cod. an servus pro suo facto* etc. Cujac. *Tract.* IX. *ad African. in expl. L.* 38. *de condict. indeb.*

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* in fin. et Pothier. *in Pand. Justin. tit. de pecul. num.* 41. *in not.*

§. 8.

Nec dolo fecerit, quo minus haberet.] Vid. *L.* 21. *tit. praec.* (1).

(1) Quod hic ex Scaevola refert Ulpianus, ex notis apud Marcellum petitum esse, observat M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell. Sect.* II. *Cap.* 4. §. 1. *in not.* in Nov. Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 97.

§. 10.

Nam priore judicio de in rem verso recte actum est, etc.] Vid. *L.* 1. *in fin. tit. seq.* et res judicata tenet (1).

(1) Ad seq. *L.* 2. vid. Cujac. *ad Lib.* XXX. *Paul. ad Edict.* et ad seq. *L.* 3. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm.*

Fragm. Tom. I. *p.* 279. Pro *ut possit ei accedere ut peculio*, etc. Hal. habet: *ut possit et accedere peculio, veluti fructibus* etc. Vulg. *ut possit ei accedere, ut in peculii fructibus*, etc. Haloandrinam praefert Brencm. Sed Florentinam defendit Duk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

TITULUS III.

DE IN REM VERSO.

Hanc actionem ex liberorum hominum contractibus quidam dant: quae tamen ab hac diversa. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 571. (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vf. *Igitur pollicetur* etc. contra quem disputat Gluck. *Ausf. erl. der Pand. hoc tit.* §. 917. *p.* 419. *seqq. De versione in rem, et quidem ejus natura, indole, et effectibus secundum principia juris Civilis*, Dissertationem conscripsit Jo. Jac. Roessing. Goetting. 1799.

L. I. (1).

(1) *Nihil in peculio habent, vel habeant, non in solidum* etc. Hal. τὰ *habent vel*, et *non* omittit. Sed Florentinam defendit Marckart. *Interpr. rec. Lect. Jur. Civ.* I. 23. §. 3. *p.* 158. Haloandrinam improbant quoque Ant. Augustin. et Jauch. *locc. ibid. citt.* Pro *teneantur* etiam Taurell. in margine habere: *tenentur*, et literam *a* subantique deletam esse, notat Brencm. *h.*

§. 1.

Sive actio de peculio anno finita est.] Et separatur hoc casu in rem versum a peculio, etsi alias sub eo continetur. Vid. Cujac. *Tract.* VIII. *ad African. in expl. L.* 17. *h. t.* (1).

(1)

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 55. §. 9.

§. 2.

Quia in peculium conversum est, etc.] Vid. *L.* 19. *h. t.*

Quemadmodum si ipsi servo etc.] Vid. *L.* 10. §. 6. *h. t.* (1).

(1) Sequitur in L. 2. *qui nummis acceptum* etc. Di Goth. *in not.* „ *Nummis acceptis.* Vulg. etc." Ipse Taurell. in margine habet: *acceptis.* Vid. Brencm. *h.* qui etiam hanc correctionem praefert. add. Leunclav. *Notat.* II. 38. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1513.

L. III. (1).

(1) In §. 1. verbis: *quatenus indebiti repetitionem dominus haberet*, τὸ *quatenus* non ad limitandam domini obligationem, sed ad explicandum, cur illa obtineat, pertinere, monet P. J. de Fremery, *Diss. de Ration. Vett. JCtor. Cap.* 1. §. 11. *p.* 41. *seq.* Pro *sive cum servus domini negotii gerendi* etc. Al. elegantius legere: *domini negotia*, vel *dominici negotii*, notat Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XV. §. 2. Prior lectio est Vulg. Posterior Haloandr. Vid. Brencm. *h.* — In seq. §. 4. pro *sine domus sui* etc. ut Taurell. edidit, Hal. habet *suae*, et Flor. quoque *i* in *e* mutatam esse, et *a* superscriptam subantique, testatur Brencm. *h.* *Sui* tamen defendit Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor.* p. 369. *not.* 3. De *tectoriis* vid. citatos superius ad *L.* 7. §. 3. *de usufr. not.* 2.

§. 5.

Cedat creditori actionibus (1), etc.] Vid. *L.* 51. *de pecul.*

(1) *Cedere re* et *rem* dici, supra jam notavimus ad *L.* 19. *si servit. vindic.* et *L.* 15. *pr. ad L. Aquil.* add. de hoc

hoc §. Ant. Fab. *in Ration.* et Gluck. *l. loc.* §. 915. *not.* 47. *p.* 405. *seq.*

§ 7.

Unde recte dicitur, etc.] Aequa haec esse negat Auturnus; male. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 573. Scil. in terminis Juris Romani (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 55. §. 10. et Noodt. *ad h. t. Pand.* in fin.

§. 10.

Quoniam ambo in rem domini vertere voluerunt.] Junge *L.* 5. *h. t.*

L. V.

Ulpianus Lib. XXIX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 3. *h. t.*

§. 2.

Si quidem dominus ratum habuerit, etc.] Facit huc *L.* 3. §. 6. *h. t.* Alia quaestio est, an non et *quod jussu* detur? de qua *L.* 1. §. 6. *quod jussu* (1). Simile *L.* 20. §. 1. *h. t.*

(1) Hinc Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. locum hunc ita emendat, et interpungit: *sin vero non ex voluntate, si quidem dominus ratum habuerit. Vel alioquin rem necessariam vel utilem domino emens, de in rem verso actio erit.* Pari fere modo Pothier. *in Pand. Justin. tit. de pecul. num.* 1. *in not.*

§. 3.

Alioquin si servo etc.] Si scil. peculiare negotium gesserit servus. Vid. Goth. *h.* Obstat *L.* 12. *de institor. action.* Vid. *ibid.* Glosf. et Cujac. *ad Lib.* XI. *Julian. Digestor.* (1). — Junge *L.* 7. *h. t.*

(1) In seq. *L.* 6. verba *de in rem* excidisse e Cod. Flor., nec ibid. suppleta esse, adeoque a Taurellio parenthesi includi debuisse, notat Brencm. *h.*

L. VII.

Ulpianus Lib. XXIX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 5. *h. t.* (1).

(1) Add. Gluck. *d. loc.* §. 915. *not.* 51. *p.* 411.

§. 1.

Et donandi animo solvit, etc.] Obstat *L.* 10. §. 2. *h. t.* Sed ibi se a principio filius obligaverat, et postea solvens suum gesserat negotium: et obligarat se donandi animo. — D. Goth. *in not. Domino suo.* Sic et Pacius, *Cent.* IV. *Enant.* 69. male.

Dum non vult eum debitorem facere etc.] Vid. ad *L.* 11. *h. t.* quae obstat.

§. 2.

Quoniam possum pocula vindicare.] Est haec ratio dubitandi, ut bene Gloss. Similis *L.* 3. §. 5. *h. t.* *L.* 51. *de pecul.* Ratio decidendi haec, quia noluit domini rem gerere. *L.* 3. §. 5. *L.* 5. §. *ult. h. t.* (1).

(1) Add. Pothier. *in not. ad h.* §. de quo vid. et Gluck. *d. loc.* §. 915. *p.* 402. *seqq. in not.* ubi et refutavit Ant. Fab., qui in initio §. τὸ *non* expungit.

§. 3.

Si odores et unguenta etc.] Diversum *L.* 3. §. 6. *h. t.* (1).

(1) Add. Franc. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. et Pap.* I. 15. *num.* 2. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 87. *seq.* — De seq. *L.* 8. vid. Cujac. *ad Lib.* XXX.

XXX. *Paul. ad Edict.* add. Manzan. *loc. modo cit. Lib.* IV. *Reliq.* 32. *num.* 5. *p.* 496.

L. X.

§. 1.

Namque filius eum judicio suscepto liberavit.] Vid. D. Goth. *in not.* et §. 3. *h. l.*

§. 2.

Nisi si donare patri filius etc.] Obstat *L.* 7. §. 1. *h. t.* ubi vide.

§. 3.

Post judicium patris nomine acceptum,] Vid. §. 1. *h. l.* (1).

(1) De voce *emolumentum*, in praecedentibus verbis, vid. Pithoeum, in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 355. et Brisson. *de V. S.* in voc.

§. 6.

Ut duret versum.] D. Goth. *in not.* „ *Vid. concilia-tionem* etc." Sufficit esse versum, quamdiu res exstat. Vid. Cujac. *Tract.* VIII. *ad African. in expl. L.* 17. *pr. h. t.*

Si non sit a domino servo solutum,] Vid. *L.* 1. *in fin. h. t.* §. 7. *h. l.* Arrian. *in Epict.* I. 7. (1).

(1) Sequitur: *quamvis solutum sit.* ubi pro *quamvis* Cod. Pand. Erlang. rectius habere *quatenus*, monet Gluck. *d. loc.* §. 916. *not.* 58. *p.* 415. Apud Hal. haec absunt. Vid. Geb. *h. l.*

§. 7.

Utcumque et si solverit ei.] Vid. §. 6. *h. l.* (1).

(1)

(1) De verbo *exhibere* vid. notata superius ad *L.* 1. §. 2. *de Offic. Praef. urb.*

§. 8.

Unde trahatur *debitum*,] An, *detrahatur* (1).

(1) Sic quoque, ope geminationis, legit Rucker. *Obs. Cap.* 4. §. 6. *num.* 3. *p.* 144. — Sequitur in §. 10. *veluti si duo rei pater et filius fuerint.* Quod non necessario cum Ant. Fab. *in Ration. ad h.* §. de *correis debendi* accipiendum, monet Gluck. *d. loc.* §. 915. *not.* 49. *p.* 407.

L. XI.

Quod servus etc.] Ratio, quia suum negotium voluit gerere. Vid. *L. praec. in fin. L.* 5. *in fin. h. t.* Sic non obstat *L.* 7. §. 1. *h. t.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* XXX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

L. XII.

Sive pluris sit, non plus videatur etc.] Facit huc *L.* 38. *de reivind.* (1).

(1) Frustra hanc Legem in Basilic. tribui Paulo, notat Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XV. §. 9.

L. XIV.

Juliani Lib. XI. *Digestorum* etc.] Lege *Lib.* XII. cum Ant. Fabro, *Conj.* I. 9. (1). add. de hac Lege Langebek. *Annotat. Cap.* 35. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 573.]

(1) Ubi et refutavit Cujacium, pro *si peculium servo ab altero ademtum fuerit* legentem: *ademtum non fuerit.* add. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 172. et Pothier. *in not. ad h. l.* Etiam Cujac. hanc Legem ex-

plicuit *ad Lib.* XII. *Julian. Digest.* Hal. Legem hanc cum priore conjunxit. Male. Vid. Ant. Augustin. *Emendat.* III. 1. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1498. et Brencm. *h.* qui pro *in quo damnatus fuerit*, ope geminationis, legit: *in quod* etc.

L. XV.

Patrem vero non liberat:] Vid. *L.* 28. *de pec. constit.* *Hoc est, ob id, quod constituit,*] Facit huc *L.* 47. *de condict. indeb.*

L. XVI.

Quidam fundum colendum etc.] Frustra hanc Legem taxat Autumnus. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 574. *seqq.* (1).

(1) De verbo *conturbare* vid. notata superius ad *L.* 5. §. 9. *de instit. action.* add. Burman. *ad Quinctil. Declam.* 273. *p.* 525. *seq.* et Otton. *in Alfen. Var. Cap.* 5. §. 3. in *Tom.* V. *Thes. Jur. p.* 1657. Pro *reparari* in verbis: *et his nummis, qui recepti essent, alios reparari*, Idem Burman. *ibid. Declam.* 13. *Cap.* 7. *p.* 280. legit *reparare.* Vulg. habet *comparari*: et ita Duaren. *Dispunct.* l. 10. Vid. Brencm. *h.*

L. XVII.

Sine culpa eam perdiderat,] Vid. *L.* 3. §. 7. *et* 8. *h. t.* (1).

(1) Add. de hac Lege Cujac. *Tract.* VIII. *ad African.* In seq. §. 1. pro *ut quod vel in tuam ipsius rem*, Hal. habet: *tuam vel ipsius* etc. Male. Vid. Brencm. et Duk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

L. XVIII.

Ut unius duntaxat in quoquo contractu (1) etc.] Non obstat *L.* 3. §. *ult. h. t.* Ibi enim uterque id credidit (2).

(1) Vulg. *ut uni duntaxat cum quo contractum est*: et sic etiam Hal. in margine. Vid. Brencm. *h.*
(2) Add. Gluck. *d. loc.* §. 917. *p.* 417. *seq.*

L. XIX.

Dedicavit eam in funus ejus.] Vid. D. Goth. *in not.* add. Juvenal. *Satyr.* 3. *vs.* 172. Raevard. *Conject.* I. 14.

In actione autem de peculio, quod etc.] Adeoque juxta Neratium agi de peculio nequit: quod mox improbat Paulus.

Funus enim filii etc.] *Funus autem* etc. Cujac. *ad Lib.* IV. *Paul. Quaest. in expl. h. l.* (1).

(1) Non opus putat Manzan. *ad LL. Jul. et Pap.* I. 18. §. 5. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 94. *seq.* Conf. notata superius ad *L.* 42. *de minor.* add. de hac Lege Pothier. *in Pand. Justin. tit. de pecul. num.* 56. *in not.*

L. XX.

Pater pro filia dotem promisit, etc.] Idem *L. seq. pr.* (1).

Ut ipse filiam aleret,] Sic *L.* 60. §. 3. *mand.*

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* I. *Scaevol. Respons. in expl. h. l.* Huber. *Eun. Rom. ad L. seq. p.* 576. *seqq.* Gluck. *d. loc.* §. 917. *not.* 69. *p.* 420. *seq.*

L. XXI.

Filiamfamilias duxit uxorem, etc.] Idem *L. praec. pr.*

TITULUS IV.

QUOD JUSSU.

Actionem hanc quidam hodie dant ex contractibus aliorum. Quomodo, vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 579. *seq.*

L. I.

§. 1.

Quod voles etc. *negotium* gerere *periculo meo.*] Forte deëst: *gere* (1).

(1) Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XV. §. 3. pro *gerere* legit *gere:* quod etiam praefert Brencm. *h.* addens, ita jam Vulg. habere. — Ad seq. §. 5. vid. Gluck. *Ausf. erl. der Pand. hoc tit.* §. 919. *p.* 429. *seqq.*

§. 6.

Quod jussu actio in eos datur.] Non obstat *L.* 5. §. 1. *tit. praec. In eum*, edit. Paris. 1549. (1). *Actio non datur*, Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* audacter (2). Basil. ut hic.

(1) Sic etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(2) Nec opus. Vid. Schulting. *in Enarrat. tit. de neg. gest.* §. 5. *in fin.* — Ad seq. *L.* 2. vid. Cujac. *ad Lib.* XXX. *Paul. ad Edict.* et ad seq. *L.* 3. vid. Lud. Vital. *Var. Lection.* II. 24. *num.* 3. *seqq.* in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 695. Sequens Lex 4. jungenda est cum *L.* 27. *de reb. cred.* ubi vide.

L. V.

Paulus Lib. IV. *ad Plautium.*] Junge *L.* 29. *de reb. cred.*

Immo hoc casu de jussu (1) *actio non competit.*] Vid. *L.* 4. *Cod. quod cum eo qui in al. pot. est* etc. Priora verba Plautii esse: posteriora haec Pauli, vult Noodt. *ad h. t. Pand.* Recte, ut puto.

(1) Vulg. *quod jussu.* Vid. Brencm. *h.* Sed vid. Bynkersh. *Obs.* VI. 8.

LIBER

LIBER SESTUS DECIMUS.

TITULUS PRIMUS.

AD SENATUSCONSULTUM VELLEIANUM (1).

) De ratione connexionis vid. Maran. *in Parat. ad h. t. Pand.* et Noodt. *ad eund. tit.* Vſ. *Cauſa autem* etc. De tempore, quo factum est hoc SCtum, vid. Schulting. *Theſ. Controv. Dec.* 56. §. 1. et *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 22. §. 19. *not.* 53. *p.* 640. Bach. *Hiſt. Jur.* III. 1. *Sect.* 3. §. 24. *ibiq.* Stockman. Gluck. *Ausf. erl. der Pand. hoc tit.* §. 920. *p.* 438. *ſeqq.* qui *ibid. p.* 441. *not.* 21. praecipuos laudavit auctores, qui de hoc SCto egerunt. Alii etiam recenſentur in *Biblioth. Juridic. Lipenian. ejusq. Supplem.* voc. *Vellejanum SCtum.*

L. I.

lenisſime] Sic et *L.* 2. §. 1. *h. t.* (1).

) Sequitur: *ne pro ullo* etc. Id est, ſive viro, ſive foemina, ſive extranea, ſive conjuncta. Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Porro ſi conſtat* etc.

§. 1.

Nam ſicut moribus civilia officia etc.] Vid. *L.* 2. *de* ;. *jur.* (1).

Ita multo magis adimendum eis fuit id officium, in quo :.] Vid. *L.* 2. §. 2. *h. t.*

) Add. Schulting. *Theſ. Controv. Dec.* 56. §. 1. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Ait Senatus*, etc. Pluribus de hac ratione, aliis ſuſpecta, diſputat Houck. *Diſſ. de Ration. Vett. JCtor. falſo ſuſpect. Cap.* 3. §. 5. in Theſ. Diſſ. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 363. *ſeqq.* add. Gluck. *d. loc.* §. 921. *p.* 447. *ſeqq.*

seqq. qui *ibid. p.* 449. etiam aliam rationem addit ex L. Julia et Papia Poppaea.

§. 2.

Ut in veterem debitorem etc.] Vid. *L.* 8. §. 7. *h. t.*

L. II

§. 1.

Quo plenissime etc.] Vid. *L.* 1. *pr. h. t.*

Quod Marcus Silanus,] Consul a. 799. cui in locum Valerii Asiatici (qui non totum implevit tempus, uti Silanus, teste Dione, *Lib.* LX. *p.* 683.) Vellejus videtur additus (1). Apud Gruter. *Inscript. p.* 470. 1. *et* 2. occurrunt *L. Silanus* et *C. Vellejus Tutor Coss.* et in margine notatur *a.* 763. Sed unde hoc habeat, non video. *Marci* pronomen dat et Dion Silano.

Quid de ea re fieri oportet,] *Oporteret*, Jac. Gothofred. *Animadv. Cap.* 9. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 288.] (2).

De ea re ita consuluerunt.] D. Goth. *in not.* „*censuerunt. Hotoman.* etc." Probante Jac. Gothofred. *d. loc.* qui tamen dubitat, an non ita scripserit Tribonianus (3). Probat Vulg. Noodt. *Obs.* I. 18. et Stek. *Vindic. anticrit. Cap.* 9. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 518.] (4).

Quod ad fidejussiones, et mutui dationes (5)] Haec ponuntur exempli gratia; mens SCti generalis. Vid. *L.* 1. *pr. h. t.* Noodt. *d. loc.* [et *ad h. t. Pand.* Vs. *Videamus igitur* etc.]

Pro aliis quibus intercesserint etc.] *Pro aliis, pro quibus* etc. Jac. Gothofred. *d. loc.* Sed Noodt. *d. l* [et *ad h. t. Pand.* Vs. *Igitur* etc.] legit: *quibus pro aliis* etc. quod probabile (6). Salmas. *de Modo usur. Cap.* 16. *p.* 726. *pro aliis* delet, vel legit: *in quibus pro aliis* etc. ubi et de *intercessoribus.*

Tam-

Tametsi ante videtur ita jus dictum esse,] Ergo jam moribus hoc erat admissum. Vid. Averan. *Interpr. Jur.* II. 5. *num.* 4. (7).

Ne eo nomine ab his petitio, etc] D. Goth. *in not.* „ *Petitionis nomine* etc." Ex Cujac. *Tract.* IV. *ad African. in expl. L.* 19. *pr. h. t.* (8).

Cum eas virilibus officiis fungi, etc.] Vid. *L.* 1. §. 1. *h. t.* Ratio vero haec non videtur bona Rittershusio, *ad Novell. Part.* II. *Cap.* 4. *num.* 1. (9).

(1) Conf. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. loc. modo cit.* et Noodt. *ad h. t. Pand.* in pr.

(2) Probante Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 56. §. 2. et Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Igitur quae* etc. et *Obs. loc. cit.* et sic etiam legi in Cod. Pand. Erlang. testatur Gluck. *d. loc.* §. 920. *not.* 4. *p.* 437. Non tamen opus putat Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XV §. 4.

(3) Conf Schulting. *Thes. Controv. d. loc.*

(4) Nihil quoque mutant Tussan. de La Rue, *Amoen. Jur. Obs. Dec.* 1. *Cap.* 2. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1492. *seq.* Bynkershoek. *Diss.* II. *de Religion. Peregrin. Oper. Tom.* I. *p.* 349. et *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. Hoffman. *loc. modo cit.* Sed Hotomanni emendationem probat Oudendorp. *ad Sueton. in August. Cap.* 100. *p.* 344. Errorem ex siglis ortum putat Reinold. *ad Mercer. Conciliator. Cap.* 3. *not.* 50. *p.* 44.

(5) *Mutui dationes* hic eodem sensu dici, quo civitas dicitur *mutui datione* obligari *L.* 27. *de reb. cred.* neque adeo opus esse, ut cum aliis legamus *mutuationes*, recte notat Schulting. *Thes. Controv d. loc.* add. Pothier. *in not. ad h. l.* et Gluck. *d. loc.* §. 920. *not.* 6. *p.* 438. Rejicit etiam hanc emendationem Noodt. *Obs. d. loc.*

(6) In *Thes. Controv. d. loc.* Jac. Gothofredum sequitur, cujus emendationem probat quoque Pothier. *in not. ad h. l. Quibus pro aliis* legit etiam Westenberg. *ad h. t. Pand.* § 3. et Puttman. *Probab.* I. 9. §. 6. *p.* 66. Sed Rucker. *Diss de Nat. et Civ. temp. comput. in jur. Cap.* 2. §. 8. putat, nulla

 opus

opus esse emendatione, modo interpunctio debito loco ponatur, nempe ita: *mutui dationes*, *pro aliis quibus* etc. et τὸ *quibus* referatur ad *mutui dationes*, Nihil etiam mutat Hoffman. *d. loc.* et Bynkershoek. *in not. ad h. l.* in Corp Jur. Geb. et Spang. *intercedere alicui* forte recte dici, ait, pro *pro aliquo.* Nihil quoque mutat Gluck. *d. loc.* §. 920. *not.* 6, *p.* 437. *seq.* qui Hoffmannum et Ruckerum sequitur. Mihi quoque nihil videtur corrigendum, sed legendum: *mutui dationes* (id est, mutui acceptiones, Vid. notata superius ad *L.* 27, *de reb. cred.*) *pro aliis*, *quibus* etc. et respici his verbis videtur ad tales casus, quales exstant in *L.* 11. et 12. *h. t.* ut notavit quoque Schulting. *Thes. Controv. d. loc.*

(7) Add. Gluck. *d. loc. p.* 438. *not.* 7. ibiq. cit. Ant. Fab. in Ration. et Pothier. *in not. ad h. l.*

(8) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Pergit Senatus;* etc. et Gluck. *d. loc.* §. 923. *not.* 66. *p.* 458.

(9) Vid. notata superius ad *L.* 1. §. 1. *h. t.*

§. 2.

Propter sexus imbecillitatem, etc.] Vid. D. Goth. *in not.* add. Quinctil. *Declam.* 338, et Fabrot. *ad Cujac. Parat. ad h. t. Cod.* (1).

(1) Sequitur in §. 3. *Et est et Graecum Severi* etc. Vulg. addit: *et Antonini*, et pro *et Graecum* Hal. et Vulg. habent *egregium.* Vid. Brencm. *h.* Verba autem: *infirmitas enim feminarum* etc. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XV. §. 4. in fin. corrupta esse putat. et pro *demit* legit *dedit*, aut alioquin verba hoc modo transponit; *calliditas enim feminarum*, *non infirmitas auxilium demit.* *Dedit* mavult quoque Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. Sed Flor. scriptum fuisse *demit*, verum jam olim inter *m* et *i* superscriptum *eru*, non deletis *de*, quod demum recentius factum, notat Brencm. *h.* qui propterea *demeruit* in contextum admitti vult, probante Gebauero, *ibid.* qui addit, *demereri* idem esse, quod *mereri*, annotante Dukero. — In seq. §. 5. vocem *defensor* defendit Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 6. *p.* 229. *seq.* Hal. habet *defenstrix*, nec vo-

cem

cem hanc barbaram esse, observat Duk. *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. quamvis non putet a lectione Flor. recedendum. Sequitur: *quippe cum ex hac re subeat condemnationem*, id est, *subire possit*, aut *subeat condemnationis periculum.* Vid. Reiz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 372.

L. III.

Veluti cum venditorem hereditatis etc.] Vid. *L.* 13. *pr. h. t.* (1). D. Goth. *in not.* „*Quidam monet hoc loco legendum* etc." Ineptissima emendatio: nil sanius hoc textu.

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* XXX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

L. IV.

Cum ignorarem, cui haec (1) *factum vellet*,] Vid. D. Goth. *in not.* add. *L.* 19. §. *ult. L.* 28. §. 1. *h. t.* Cujac. *Tract.* IV. *ad African. in expl. L.* 17. *h. t.*

(1) Hal. et Vulg. *hoc.* Duk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. hoc non absurde exponi posse ait: *cui gratificari, gratum facere vellet.* — Ad seq. §. 1. vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Interim apparet* etc.

L. V.

Nam etsi vendiderit rem suam, etc.] Vid. *L.* 4. *Cod. h. t.*

L. VI.

Exceptione eas usuros:] Vid. *L.* 30. §. 1. *L. ult.* §. 3. *h. t.*

Plane, inquit, si qui accepit etc.] Add. *L. seq. L.* 17. *pr. h. t.* (1).

(1) Pro *repellendum*, ut Flor. legitur, Hal. habet *repel-*

lendam. Vulg. *repellendam esse.* Vid. Brencm. *h.* Sed vid. Cujac. *ad Lib.* IX. *Papinian. Quaest. in expl. L.* 7. *h. t.* et notata superius ad *L.* 50. §. 3. *de pecul.*

L. VII.

Doli replicatione posita,] Al. *opposita* (1).

Nullam tamen replicationem adversus mulierem habebit:] Vid. Cujac. *Tract.* IV. *ad African. in expl L.* 19. *in fin. h. t.* [et *ad Lib.* IX. *Papin. Quaest. in expl. h. l.*]

Quia facti non potest etc.] Scil. sibi a muliere mandatum.

(1) Sed vid. notata superius ad *L.* 30. et 48. *de reivindic.*

L. VIII. (1).

(1) Ad §. 1. vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Est igitur* etc.

§. 2.

Si mulier apud Primum pro Secundo intervenerit,] Delegatione.

Utrum hoc agatur, ut ab initio mulier etc.] De quo solo cogitavit Julianus.

An vero quasi debitrix delegetur,] Idque dissimulet, ignorante verum creditore. Vid. Cujac. *Tract.* IV. *ad African. in expl. L.* 17. *h. t.* (1). Frustra Ant. Faber locum hunc Triboniano imputat. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 583. *seq.* (2).

(1) Et *ad Lib.* XII. *Julian. Digest. in expl. h. l.* add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 56. §. 5. et Gluck. *d. loc.* §. 923. *p.* 463. *seqq.* qui etiam alios laudat. add. Petr. Beloïus, *Varior.* IV. 9. *num.* 2. in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 712. *seq.*

(2) Ubi et de voce *visione*: de qua add. notata superius ad *L.* 25. §. 15. *de hered. petit.* Hal. legit: *in Primi fidejussione*, et ita vulgo. Contius in MS. in-

invenit *jussione.* Vid. Brencm. *h. Hypothesi* explicat Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 4.

Debitor ejus non fuit,] Vid. §. 6. *h. l.*

§. 6.

Qui debitor ejus non fuit,] Vid. §. 4. *h. l.*

§. 7.

Datur in eum pristina actio,] Vid. *L.* 1. *in fin. h. t.* (1).

(1) Ad seq. §. 12. vid. Cujac. *ad Lib.* XII. *Julian. Digestor.* et de Retes, *Opusc. Lib.* III. *ad L.* 93. *de solution. num.* 6. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 193.

§. 13.

Sed et directa actione:] Vid. *L.* 95. §. 2. *de solution.* add. Cujac. *Obs.* XV. 11. (1).

(1) Et Gluck. *d. loc.* §. 924. *not.* 55. *p.* 29.

§. 14.

Ut perinde obligeris eodem genere obligationis, etc.] Vid *L.* 29. *h. t.* (1).

(1) Incipit hic §. *si cum essem* tibi *contracturus*, etc. pro *tecum*. Vid. de hac locutione Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 336. *seq.* et *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

§. 15.

Nisi locupletior factus est ex hoc contractu.] Vid. *L.* 3. *commod. vel contra.*

Con-

Contracturus est.] Junge *L.* 10. *h. t.*

L. X.

Ulpianus Lib. XXIX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 8. *h. t.*
Habent enim rei persecutionem:] Vid. *L.* 7. §. 2. *de cond. furtiv.* (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Hactenus Praetor* etc. Sequitur: *ceteris quoque honorariis successoribus* etc. ubi pro *ceteris* Bynk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. legi mavult *ceterum.*

L. XI.

Quia ignorari potest, quid acturae sint.] Add. *L. seq.* (1).

(1) Et Cujac. *ad Lib.* XXX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

L. XII.

Cum scit creditor etc.] Vid. *L.* 17. *pr. h. t.* (1).

(1) Non obstat *L.* 13. *Cod. h. t.* Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Ut igitur* etc.

L. XIII.

Revera autem suam obligationem suscipiat:] Vid. *L.* 27. *in fin. h. t.*
Si ancilla ob pactionem libertatis etc.] Facit huc *L.* 3. *Cod. an servus ex suo facto* etc.
Aut si hereditatem emerit, et aes alienum hereditarium etc.] Vid. *L.* 3. *h. t.*

§. 1.

De pignoribus prioris debitoris non est creditori nova actione opus:] Novatio enim non est valida. *L.* 24. §. 2. *h. t.* add. Gloss. *h.*

Quia verum est, convenisse etc.] Similis ratio in *L.* 30. *in fin. de exc. rei jud.* (1).

(1) Sequitur in §. 2. *volenti creditori cum priore.* Ad oram exemplaris Flor. non adeo recenter, nec forte male, suppletum esse: *debitore experiri*, et sic omnes editt. et quaedam etiam MSS. habere, testatur Brencm. *h.* Pro *quo enim bonum est*, Hal. habet: *quod enim* etc. Vulg. *quid enim* etc. Sed vid. notata superius ad *L.* 13. §. 2. *de usufr.* — Ad seq. *L.* 14. vid. Cujac. *ad Lib.* XII. *Julian. Digestor.* Pro *actionem restitui* Flor. quondam erat, *actionesti-tui*, deleta *s*, superscripta *m*, et adjectis *res.* Vid. Brencm. *h.* qui posterius probat, non vero prius, quoniam JCtus de plurifaria actione loquitur.

L. XV.

Idem Lib. XV. *Digestorum.*] Lege *Lib.* LI. (1).

(1) Est vitium typographicum. add. de hac Lege Cujac. *ad Lib.* LI. *Julian. Digestor.*

L. XVI.

§. 1.

Fidejussori exceptionem dandam, etiamsi etc.] Simile in pignore. *L.* 29. *h. t.* *L.* 2. *quae res pign.* etc. (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* IV. *Julian. ad Ursej. Feroc. in expl. h. l.* Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Ait Senatus*: etc. Gluck. *d. loc.* §. 926. *p.* 53. *seq.*

L. XVII.

Et si creditor pecuniam a muliere peteret, exceptionem utilem fore, etc.] Obstat *L.* 8. §. 2. *h. t.* ubi vide (1). et *L.* 1. *Cod. h. t.*

(1) Add. Cujac. et Schulting. *locc. ibid. citt.*

§. 1.

§. 1.

Replicationem mulieri SCti non profuturam, etc.] Ratio est, quia creditor cum marito contraxit, et onus alterum ignoravit. Vid. Cujac. *Tract.* IV. *ad African. in expl. h. l.* (1).

Nisi creditor scisset, etc.] Hinc colligunt, mulierem non videri pignus remisisse ex eo, quod passa sit, id alteri obligari, vel in alium transferri. Male. Vid. Fab. *Cod. h. t. Def.* 15.

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.* et Gluck. *d. loc.* §. 924. *p.* 4. *seqq.*

L. XVIII.

Idem et si pro debitore meo etc.] D. Goth. *in not.* „*Immo non idem est* etc.“ Sande, *Decision.* III. 10. *Def.* 2. hic agi ait de casu, quo communis intercessio facta est in casu, ex parte ad mulieris commodum spectante, atque adeo eatenus tenebitur. Facit huc *L. praec. in fin.*

L. XIX. (1).

(1) Ad *pr. h. l.* vid. Cujac. *Tract.* IV. *ad African. in expl. h. l.* add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 56. §. 6. Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 5. §. 6. *seqq.* Gluck. *d. loc.* §. 920. *not.* 24. — De seq. §. 2. vid. Best. *loc. cit.* §. 9. *seqq.*

§. 4.

Prope est, ut sit intercessio.] An non igitur plane? Sic *L.* 95. §. *pen. de solution.* Glosf. *h.* Revera factam putat Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 5. §. 12. *seqq.* (1).

(1) De locutione *habere ad manum in seq.* §. 5. vid. Burman. et Oudendorp. *ad Sueton. in Caesar. Cap.* 84. Ad verba *in creditum isse* vid. Herald. *Obs.*

Cap. 5. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1328. et notata superius ad *L.* 1. *de reb. cred.* Plura ad hunc §. notavit Pothier. *in not.* et Gluck. *d. loc.* §. 924. *p.* 10. *seqq.* — In seq. *L.* 21. §. 1. verba *propter solutionem vexetur* male verti in Basilic., vitio tamen forte operarum, notat Hoffman. *Meletem. ad Pand.* *Diss.* XV. §. 9.

L. XXIII.

Quia decepit.] Vid. *L.* 2. §. 3. *h. t.*

L. XXIV.

§. 2.

Puto statim, etc.] Facit huc *L.* 13. §. 1. *h. t.*

§. 3.

Quamvis statim atque intercessit etc.] Ratio dubitandi. Vid. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* D. Goth. *in not.* „ *Quoniam statim. Cujac.* (1) etc." Quem vide. Dissentit Donell. *in Comm. Jur. Civ.* XII. 31.

(1) Probante Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XXV.

Si domina servo suo credi etc.] Ergo consuetum, credere servo jussu dominae. Vid. Merill. *Obs.* VII. 34. (1).

(1) Add. de hac Lege Brencman. *de Eurematic. Cap.* 3.

L. XXVII. (1).

(1) §. 1. *Exceptione SCti dominum summovet.* D. Goth. *in not.* „ *Exceptio SCti ital.*" Sic quoque Taurell. in margine: literis quippe *ne* antique deletis. Vid. Brencm. *h.* Nulla tamen emendatione opus: nam subaudiri potest *mulier*. Vid. Duk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

§. 2.

§. 2.

Quia mulier suum negotium gessit.] Vid. *L.* 13. *pr. h. t.* (1).

(1) Praecedit in Lege: *ut vir creditori ejus pecuniam solveret: si fidem suam* etc. Ubi *creditori ejus* pro *creditori suo* ponitur. Vid. *Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 323. ibiq. Duk. add. notata superius ad *L.* 51. *de pact.* et *L.* 27. *de negot. gest.* Voculae *si* Hal. et Vulg. praefigunt *et.* Vid. Brencm. *h.* Rucker. *Obs. Cap.* 3. §. 15. *τὸ et* repetit ex literis finalibus vocis praecedentis *solveret.* Sed non opus. Vid. van Dorp, *Obs. Cap.* 7. *p.* 57. add. notata superius ad *L.* 18. §. 1. *de judic.* et *L.* 5. §. 1. *ad L. Aquil.* Vid. de hac Lege quoque Cujac. *ad Lib.* III. *Papinian. Respons.*

L. XXVIII.

In fraudem creditoris cavit testamento, etc.] Vid. D. Goth. *in not.* et ad *L.* 27. *de probat.* add. *Auth. quod obtinet. Cod. de probat.* (1).

(1) Et Cujac. *ad Lib.* I. *Scaevol. Responsor. in expl. h. l.*

§. 1.

Respondi, si Numerius scisset eam intercedere, etc] Ergo hic est intercessio, quae non est in *L.* 13. *Cod. h. t.* quae ita non obstat (1). Pacius, *Cent.* IX. 66. Alii aliter. Vid. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 14. et *in Comm. ad d. L.* 13. *Cod.*

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 56. §. 7. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Ut igitur* etc. Gluck. *d. loc.* §. 924. *p.* 8. *seq.* qui etiam alios laudat. add. Huber. *in Pract. ad h. t. Pand. num.* 12.

L. XXIX.

L. XXIX.

Et pignora ab ea data non teneri,] Ratio in *L.* 16. §. 1. *h. t.* (1).

Sed non sine ratione Praetorem etc.] Triboniano adscribit Fab. *Conject.* II. 12. *num.* 4. non recte.

Si non tantum in persona, *subducta muliere,*] An, *in personam* (2).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* XVI. *Paul. Respons. in expl. h. l.*
(2) Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XV. §. 5 legit *in personas*, geminata litera *s* vocis sequentis. *In personas* notavit quoque H. a Porta in margine, ubi et aliae lectiones. Vid. Brencm. *h.* qui *in personam* praefert.

L. XXX (1).

(1) *Si decipiendi animo, vel cum sciret* etc. Ubi τὸ *vel* particulam exegeticam esse, notat Gluck. *d. loc.* §. 924. *p.* 2. quem vid. de hac Lege.

§. 1.

Ne *alias actio intercidat,*] Al. *nec* (1). *Actio*, scil. *mandati:* tempera tamen hoc ex *L.* 6. *L. ult.* §. 2. *h. t.* Aliter Cujac. *ad Lib.* IX. *Papinian. Quaestion. in expl. L.* 7. *h. t. Intercidat.* Al. *intercidit.* Sed vide, an sint genuina. Basilic. carent.

(1) *Nec intercidit*, Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* add. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 11. *not.* 8. in *Jurispr. Antejustin. p.* 279. — De seq. *L* 31. vid. Ant. Fab. *in Ration.* et Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XXXII.

§. 1.

Fructus etiam liberos *recipit* ;] D. Goth. *in not. Integros.* Imo, non obligatos (1).

Eo nomine magis aestimetur.] *Magis est, ut aestimetur* (2).

Ne melioris conditionis emtor sit etc.] Vid. Fab. *Cod.* *h. t. Def.* 27.

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.* et Gluck. *d. loc.* §. 923. *not.* 70. *p.* 459.
(2) Ita Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 2.

Item si mulier creditori viri etc.] Jac. Gothofred. *Animadv. Cap.* 10. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 291. *seq.*] putat, hic agi de casu, quo a principio ei, qui viro credebat, calliditate creditoris, res vendita et tradita est. Aliud, si postea. *L.* 4. *Cod. h. t.* Ant. Fab. *Cod. h. t. Def.* 19, *not.* 2. distinguit, utrum res creditori, an alii vendita sit (1).

Et tradidit.] Delet Hortensius (2). Male. Vid. Stek. *Vindic. Anticritic. Cap.* 10. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 519.]

Sed replicabitur a muliere, etc.] Vid. D. Goth. *in not.* et Fab. *Cod. h. t. Def.* 3.

Sive interposuerit alium,] Vel rem noverit. Fab. *d. loc. Def.* 27.

(1) Nullam inter hanc Legem et *L.* 4. *Cod. alleg.* pugnam esse, docet Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 56. §. 8. add. Gluck. *d. loc.* §. 923. *not.* 73. *p.* 460. *seq.*
(2) Absunt etiam apud Hal., qui tamen servavit, quae sequuntur: *et tradita*, licet alioquin, qui prima verba tollunt, etiam tollant postrema. Vid. Bynk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

§. 3.

Si mulier, ne ipsa intercederet, alii mandaret, ut id faceret, etc.] Vid. Cujac. *Tract.* IV. *ad African. in expl. L.* 19. *in fin. h. t. Mandaret.* An, *mandarit* (1).

Me autem creditori teneri.] Vid. *L.* 7. *h. t.*

(1) Ita Hal. Vid. Geb. *h. l.*

§. 4

§. 4.

Caveri (1) *debebit, exceptione se non usuram*,] Uti *L.* 31. *h. t.* Vid. Vinn. *Select. Quaest.* I. 48. Liberalitatem hic exercere vult. Vid. Averan. *Interpr. Jur.* II. 5. *num.* 13. *seqq.* (2).

(1) In praecedentibus verbis pro *SCti* Brencm. *h.* legere mavult *SCto*, literis *i* et *o* a Librario confusis.

(2) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* in fin. et Gluck. *d. loc.* §. 925. *p.* 36. *seqq.* ubi etiam alios laudat, qui egerunt de quaestione, an liceat mulieri renunciare SCto Vellejano.

TITULUS II.

DE COMPENSATIONIBUS.

Salmas. *de Usur. Cap.* 19. *p.* 571. Verba talia deducit ab aere non signato, quod appendebatur. add. Festum, voc. *Dispensatores* (1).

(1) Add. et Brisson. *Sel. Antiq.* I. 7. et in primis Perizon. *Diss. de aere gravi*, quae est *V.* inter ej. Diss. junctim editas. Saepe pro *compensare*, et *compensatio* dicitur *pensare* et *pensatio*. Vid. Brisson. *de V. S.* voc. *pensare*, et *pensatio*. add. Gluck. *Ausf. erl. der Pand. hoc tit.* §. 928. *p.* 59. qui *ibid. not.* 44. praecipuos citavit auctores, qui de *compensationibus* egerunt. Alii etiam recensentur in *Biblioth. Juridic. Lipenian. ejusq. Supplem.* Differt *compensatio* a *Jure retentionis*. Vid. Gluck. *d. loc.* §. 986. *p.* 14. *seqq.* et auctores *ibid.* citatos.

L. I.

Debiti et crediti inter se contributio.] Id est, confusio. Sic Senec. *de Benefic.* VI. 5. *alterum alteri contribuere.* add. *L.* 11. §. 6. et 7. *ad L. Falcid.* (1).

(1) Vid. et Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 57. §. 1. et Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Definitur autem* etc. quem etiam vid. *ibid.* Vſ. *Compensationis autem* etc. de ſeq. *L.* 2. *et* 3. Pauca ad *L.* 2. notavit Cujac. *ad Lib.* XC. *Julian. Digeſtor.*

L. IV.

Ipſo jure] Opponenda tamen compenſatio, ut et ſolutio, id eſt, alleganda. Donell. *ad L.* 4. *Cod. h. t. num.* 8. *ſeqq.* late (1).

Ex omni contractu] Illorum tamen tempore, Neratii ſcil. et Pomponii, id tantum obtinuit in negotiis bonae fidei, per §. 30. *Inſt. de action.* Forte, quod illi dixere, poſitis terminis, ut dicunt, habilibus, applicat Paulus generaliter. Sed hanc ſententiam jam olim obtinuiſſe, putat Brencman. *de Eurematic. Cap.* 7. *Sect.* 2. *num.* 10.

Sicut enim cum totum peto a reo, male peto,] Vid. Paul. *Sentent.* II. 5. §. *ult.*

(1) Add. Gluck. *d. loc.* §. 935. *p.* 110. *ſeqq.*

L. V.

Eligere fidejuſſorem, quod ipſi etc.] Vid. Mev. *Deciſion. Part.* I. *Dec.* 117. (1). Sic et propter interveniens arreſtum locus eſſe poteſt compenſationi ex credito alterius. Mev. *ibid. Part.* VIII. *Dec.* 127.

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Sunt haec* etc. quem etiam vid. *ibid.* Vſ. *Videamus* etc. de ſeq. *L.* 6. add. Vinn. *Sel. quaeſt.* I. 49. Voet. *ad h. t. Pand. num.* 13. Quid, ſi praeſcriptione debitum fuerit ſublatum? Vid. Gluck. *d. loc.* §. 929. *p.* 64. *ſeq.*

L. VII. (1).

Quamquam dari oporteat.] Et ſponte ſolutum repeti nequeat. *L.* 10. *de condict. indeb.* Carpzov. *Definit. Forenſ.*

renf. *Part.* I. *Conft.* 8. *Def.* 4. Vid. Noodt, *ad h. t. Pand.* Vf. *Sequuntur alia* etc.

(1) Apud Hal. hanc Legem male infcribi: *Lib.* XXX. *ad Sabinum*, notat, et caufam erroris indicat Brencm. *h.*

§. 1.

Salva manet petitio:] Adeoque omisfio rem relinquit in fuo ftatu. Male hoc accipiunt alii, et Mev. *Decifion. Part.* II. *Dec.* 293. Idem melius, *ibid. Dec.* 308. et *Part.* V. *Dec.* 131.

Tunc enim rei judicatae etc.] Vid. Fab. *Cod. h. t. Def.* 5. Carpzov. *Defin. Forenf. Part.* I. *Conft.* 8. *Def.* 5. *Nederl. Advysboek*, IV. 66. *et* 67. (1).

(1) Ad feq. *L.* 8. vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vf. *Sed apparet* etc.

L. IX.

Solidum per compenfationem fervamus:] Quia pater, et dominus agendo in focietatem confentit. Vid. Cujac. *ad Lib.* XXXII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* (1).

(1) Aliter Chef. *Interpr. Jur.* I. 34. *num. ult.* in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 179.

§ 1.

Sed cum conditione, ut caveat, etc.] Nec enim procurator est: de quo *L.* 21. *h. t.* Vid. Donell. *ad L.* 9. *in fin. Cod. h. t.*

L. X. (1).

(1) §. 2. *Quotiens ex maleficio* etc. Vid. Schulting. *Thef. Controv. Dec.* 57. §. 7. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vf. *Dixi de jure* etc. Gluck. *d. loc.* §. 920. *p.* 67. *feqq.* In feqq. verbis pro *fi de ea*, Hal. et Vulg. habent:

bent: *si de ea re*, probante Brencm. *h.* Sequitur: *Idem est, et si condicatur* etc. Ubi condictionem furtivam distingui ab actionibus ex delicto, recte notat Duirsema, *Conject.* I. 8. *p.* 138. *seq.* ubi et refutat Cujacium, pro *idem est* legentem: *id est*, add. Noodt. *ad tit. Pand. de condict. furtiv.* in pr.

§. 3.

Quae instar actionum habent,] Vid. *L.* 37. *de oblig. et action.*

L. X I.

Constitutum est a Divo Severo,] D. Goth. *in not.* „ *Id est*, *Alexandro*. *Cujac.* *Obs.* VIII. 16.” Male: nam Libros ad Edictum sub Caracalla scripsit Ulpianus, Ulpianus enim principio Imperii Alexandri Severi periit, quem proin, etsi vel in extremo vitae scripsisset, non potuit vocare *Divum*. Ergo intelligendus *Septimius Severus*. Eodem modo errat Cujac. *ad L.* 11. *pr. de minor.* (1).

(1) Ad quam vid. notata. add. Schulting. *Thes. Controv.* *Dec.* 57. §. 6. Pothier. *in not. ad h. l.* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XV. §. 6. H. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* II. 1. *p.* 141. *seq.* Gluck. *d. loc.* §. 980. *not.* 83. *p.* 74. *seq.*

L. X I I I.

Ut si cui petitioni etc.] Vid. Fab. *Cod. h. t. Def.* 11. et maxime *Def.* 18. Sand. *Decision.* III. 17. *Def.* 1.

L. X I V.

Quaecunque per exceptionem perimi possunt,] D. Goth. *in not.* *Vid. L.* 6. *eod.* (1). Quae hinc aliena, cum agat de debito naturali, haec de civili inefficaci, cui obstat exceptio, quod non meretur nomen debiti. *L.* 66. *L.* 112. *de reg. Jur.* (2).

(1) D'Arnaud, *Var. conj.* II. 15. *p.* 315. exemplum ponit in *L.* 56. *de pact.* Sed vid. Gluck. *d. loc.* §. 929. *p.* 63.
(2) Conf. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 57. §. 6.

L. XV.

Quanti Titii interfuerit,] D. Goth. *in not.* „ *Quanti tua. Vulg.* etc." Et haec lectio videtur commodior, magisque πρὸς ἔπος.

Eo loco, quo convenerit, pecuniam dari.] D. Goth. *in not.* „ *Al. restituiri. Flor. daturi. Ant. Augustin. datuiri.*" (1). add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vf. *Similis ratio* etc.

(1) Vid. et Jauch. *de Negation. Pand. p.* 69. et Brencm. *h.* qui notat, Flor. fuisse *datu*, post deletum esse *tu*, et superscriptum *ri*, et inde natam Augustino conjecturam suam. Hal. legit: *non dari*, in margine tamen addit: *alias deest negatio.* Vid. Brencm. et Jauch. *dd. locc.*

L. XVI.

Non audietur.] Conf. *L.* 17. §. 1. *de testam. milit.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* III. *Papinian. Quaestion. in expl. h. l.* et Noodt. *ad h. t. Pand.* Vf. *Revertamur* etc.

§. 1.

Cum intra diem ad judicati etc.] Idem post impetratas literas moratorias. Vid. Fab. *Cod. tit. de precib. Imp. offer. Def.* 13. (1).

Aliud est enim, diem obligationis non venisse: etc.] Vid. *L.* 7. *h. t.* add. Donell. *ad L.* 4. *Cod. h. t. num.* 3. (2).

(1) Add. Clar. van der Keessel. *Thes. Select. Thes.* 825.
(2) Vid. et Cujac. *loc. modo cit.* Ant. Fab. *in Ration.* ad

ad h. l. Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Ex superiore* etc.

L. XVII.

Idem Lib. I. Responsorum.] Junge *L.* 12. 15..17. *ad municipal.* et alias.

Aedilitatis tempore] Facit huc Plin. *Hist. Natur.* XVIII. 3. Petron. *Satyric. Cap.* 44. ubi Burman. Intelligenda Aedilitas in munucipiis. Otto, *de Aedil. Colon. Cap.* 10. §. 6. *seq. p.* 357. *seqq.* ubi de hac Lege. D. Goth. *in not.* „ *Budaeus, Alciatus, Haloander* (1) *legunt* edulitatis: etc. *vid. Duaren. etc.*" Quem non bene defendit Donell. *Comm. Jur. Civ.* XVI. 15. Sequitur apud Goth. „ *moneque apud Lampridium* [*in Alexandr. Cap.* 22.] *legendum esse:* vilitatem." et sic editio Casaub. Gruter. Salmas.

Frumentariae pecuniae debitor non videbitur:] Ut *L.* 20. *h. t.*

(1) Lectionem *edulitatis* non placuisse Budaeo, ceterisque, sed Duareno, notat Brencm. *h. Aedilitatis* retinet quoque Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 57. §. 3. add. Cujac. *Obs.* II. 23. et *ad Lib.* I. *Papinian. Respons. in expl. h. l.* Raevard. *Varior.* III. 17. Otton. *loc. cit.* et *ibid. Cap.* 7. §. 10. *p.* 259. et *in Papinian. Cap.* 6. §. 9. *p.* 121. alios etiam citat Gluck. *d. loc.* §. 932. *not.* 19. *p.* 87. Quid significet *arctiorem annonam praebuit*, explicat Otto, *loc. cit.* aliter Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XVIII.

Post litis contestationem] Ratio in *L.* 8. *h. t. L.* 86. *de reg. Jur.* Non vero negatur idem et ante fieri posse; sed hic casus videbatur magis dubius, et de eo consultus est. add. Cujac. *ad Lib.* III. *Papinian. Resp. in expl. h. l.* (1). Sand. *de Action. cession. Cap.* 10. *num.* 13.

Aequi-

Aequitate compensationis] Vid. *L.* 36. *de adm. et peric. tutor.*

(1) Vid. et Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 57. §. 4. Voet. *ad tit. Pand. de judic.* §. 80. Pothier. *in not. ad h. l.* Gluck. *d. loc.* §. 933. *p.* 96. *seq.* qui etiam alios laudat. Minus recte dissentiunt alii. Vid. Gluck. *ibid. not.* 45.

L. XIX.

Sed dabitur ei compensatio peculii fini (1), etc.] Id est, ad modum peculii. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Similis ratio* etc. (2). D. Goth *in not.* „ *Imo in solidum. L.* 9. *h. t.*" Ibi alia quaestio.

(1) Vulg. habet: *peculii servi in eo, quod* etc. Hal. *peculii fini, qua* etc. Vid. Brencm. *h.* Basil. *εἰς τὸ πόσον τοῦ πεκουλίου.*

(2) Add. Cujac. *ad Lib.* XI. *Papinian. Respons. in expl. h. l.* Eckhard. *Herm. Jur.* I. 3. §. 104. *p.* 163. Otton. *in Papinian. Cap.* 6. §. 6. *p.* 106. qui *ibid.* §. 5. *p.* 102. monet, Duarenum, *Disp. Ann.* I. 12. scribere, verba hujus Legis vulgo adeo obscura existimari, ut nemo sit, quin lectionem ejus valde suspectam habeat.

L. XX.

Curatorem] Id est, annonae militaris. Tacit. *Histor.* IV. 22. Caesar, *de Bello Gallic.* IV. 4. *in fin.* Thucyd. ἐπικουρία. Otto, *de Aedil. Colon. Cap.* 10. §. 1. *p.* 343. intelligit de casu, quo milites transeuntes per oppida annonam accipiebant.

Quoniam ea non compensatur (1).] Vid. *L.* 17. *h. t.* (2). Jure scil. speciali, quae ratio non est inepta. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 587. *seq.* (3).

(1) Ita Hal. Flor. *compensantur.* Vid. Geb. *h.*

(2) Quae huic Legi non obstat. Vid. Cujac. *ad Lib.* XIII. *Papinian. Respons. in expl. h. l.*

(8) Add. Trekell. *de orig. et progress. testam. fact. ap. Rom. Cap.* 3. *p.* 202. Otton. *loc. cit.* §. 6. *p.* 360. *seq.* et *in Papinian. Cap.* 10. §. 9. *p.* 300. Gluck. *d. loc.* §. 932. *p.* 85. *seq.* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XV. §. 7. ope geminationis, legit: *quoniam e annona non compensatur.* Sed vid. Puttman. *Interpr. et Obs. Cap.* 17. §. 4. *p.* 79. Aliter Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 2. §. 4. *p.* 191. qui legit; *quoniam C. ANN. non comp.* id est, *quoniam caussa annonae* etc.

L. X X I.

Non debebit de rato cavere,] Tanquam ageret pro alio; est enim vice domini. add. *L.* 35. §. 3. *de procurat.* Donell. *ad L.* 9. *Cod. h. t. num.* 5. (1).

Quia nihil compensat; etc.] Ex sua persona; sed jus id facit. (2).

(1) Ad verba praecedentia *ipso jure* vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Ab hisce initiis* etc. add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 57. §. 9.

(2) Add. Cujac. *ad Lib.* I. *Paul. Quaestion. in expl. h. l.* et Noodt. *d. loc.* circa fin. — De seq. *L.* 22. vid. Altamiran. *Tract.* II. *ad Libb. Scaevol. Quaest.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 400. *seqq.* add. Jo. Mercer. *Opinion.* I, 14. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1578. Vox *nulla* apud Hal. et Vulg. abest, nec habent Basilic. Vid. Brencm. *h. l.*

L. X X I I I.

Quam ipse tutor suo nomine etc.] Vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 8. *Def.* 7. (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Simile exemplum* etc. Pauca tantum ad hanc Legem notavit Cujac. *ad Lib.* IX. *Paul. Resp.* — Ad verba seq. *L.* 24. *quod ipse convenitur,* D. Goth. notat, „ Hal. habere: *quod et ipse* etc. Sed legendum videri: *id in quod,* vel *in quo ipse* etc. " H. a Porta habet; *in quod ipse* etc. Forte legendum *quoad,* id est, ad eam quanti-

tatem, vel *quo de*, transpositione usitata, notavit Bynk. *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. Lectionem H. a Porta probant Brencm. et Geb. *ibid.* *Quod* et *quoad* saepius confundi, docet Drakenborch. *ad Liv.* VI. 38. §. 13, add. van Dorp, *Obs. Cap.* 11. *p.* 95. Imo *quod* pro *quoad*, *in quantum* saepius usurpari, docet Elmenh. et Oudendorp. *ad Apulej. Metam. Lib.* I, *p.* 36. *seq.* add. Casp. Barth. *Adversar.* XV. 1. et Perizon. *ad Sanct. Minerv.* III. 6. *not.* 1. Neque adeo fortasse ulla emendatione opus.)

TITULUS III.

DEPOSITI, VEL CONTRA. (1).

(1) Plures *de deposito* Tractatus recensentur in *Bibliothec. Juridic. Lipenian. ejusq. supplem.* Praecipuos recenset Gluck. *Ausf. erl. der Pand. hoc tit.* §. 938. *not.* 84. *p.* 137. *seq.*

L. I.

Dictum ex eo, quod ponitur: praepositio enim de auget depositum (1), etc.] Paulus, *in Collat. LL. Mos. et Rom.* [*Tit.* 10. §. 7.] ait, depositum esse, *quasi diu positum*, quod non probo (2).

Totum fidei ejus commissum,] Unde et *fideicommissum* vocatur a Scholiaste Juvenalis, *ad Satyr.* XIII. *vs.* 201. et *sacrum depositum* ab ipso Juven. *d. Satyr. vs.* 15. ejusque abnegatio *fidei violatae crimen*, *ibid. vs.* 6. Vid. et Joseph. *Antiq.* IV. *Cap. ult.* (3). add. Cujac. *in Parat. ad h. t. Cod.* ibiq. Fabrot. et Clar. Bos. *Obs. Critic. Cap.* 10.

(1) Hal. et Vulg. *positum*. add. de hac etymologia Scip. Gentil. *Origin. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1382. *seq.* Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 39. *p.* 277.



p. 277. *seq.* Bynk. *in not ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

(2) Vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 58. §. 1. et *ad Paul. Sent. Tit.* 12. *not.* 3. in *Jurispr. Anteiust. p.* 280. add. de hoc loco Pauli Andr. Nic. Moller. *Select. quaed. Cap.* 6. §. 8. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 151. et H. Cannegiet. *ad Fragm. Jurispr. vet. quae exst. in Coll. LL. Mos. et Rom. p.* 241.

(3) Conf. Schulting. *Thes. Controv. d. loc.* add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Actio depositi* etc. et Gluck. *d. loc.* §. 945. *not.* 64. *p.* 210.

§. 1.

Ex earum autem rerum] Τὸ *ex* non est in Vulg. (1). Pro *rerum* Jo. van de Water, *Obs.* I. 2. *p.* 16. legit *caussarum*, et subaudit *gratia* (2).

(1) Sed Flor. legitur: delet tamen quoque Brencm. *h.* et caussam erroris indicat. Praeterea pro *ruinae*, in praecedentibus verbis, Flor. trajectis literis scriptum est *iurnae*. Vid. Brencm. *h.* ibiq. cit. Ant. Augustin. add. Scip. Gentil. *Parerg.* II. 15. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1333.

(2) Add. Waechtler. *Opusc. p.* 554. Noodt. *ad h. t. Pand.* in pr. ait, Flor. esse: *ex earum autem caussarum.* Praefert tamen Accursii lectionem: *earum autem rerum*, eamque exponit: quantum ad eas res, sive caussas, vel in eis caussis, sive in ceteris rebus. Quod Flor. scriptum foret *caussarum*, in eo fallitur: legitur enim ibi *rerum.* Sequitur: *in ipsum in duplum.* Scil. propter inficiationem. Ita Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Tempestivum est* etc. aliique, etiam Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 58. §. 6. qui tamen *ad Collat. LL. Mos. et Rom. tit.* 10. §. 7. *not.* 31. in *Jurispr. Antejustin. p.* 771. se dubitare ait, an non illa restrictio ad inficiationem sit ex jure post Edictum Perpetuum inducto. add. Gluck. *d. loc.* §. 945. *p.* 214.

§. 2.

Merito has caussas deponendi separavit etc.] Vid. Fabrot. *ad Cujac. Parat. ad h. t. Cod.*

§. 4.

Et publica utilitas coërcenda est, vindicandae reipublicae caussa:] Sensus non valde conjectu difficilis, verba vero corrupta (1). Basilic. Schol. *Tom.* II. *p.* 108. καὶ διὰ τὸ δημόσιον χρήσιμον, χρὴ τιμωρεῖσθαι τὸν ἄπιστον, καὶ ἐπὶ συμφέροντι τῆν πολιτείας ἐκδικεῖσθαι ταῦτα. Jo. van de Water, *Obs.* I. 3. legit: *ob publicam utilitatem*, vel *ex publica utilitate; coërcendum, et vindicandum reipublicae caussa* (2). Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Tempestivum est* etc. putat, ipsum Ulpianum ita inaccurate scripsisse: de quo dubito valde (3). Habet tamen varias lectiones (4).

Vindicandae reipublicae etc.] Sic *L.* 33. *de injur.* (5).

Est enim inutile etc.] D. Goth. *in not.* „*Al. incivile.* etc. *Praestat tamen inutile hic sumi pro molesto* etc." Add. *L.* 12. §. 1. *de adm. et peric. tut.* Fabrot. *ad Cujac. Parat. ad h. t. Cod.* Huber. *Eun. p.* 588. (6). Addit Goth. „*Et certe gravius est depositum negare*, etc." Vid. Ferand. Adduens. *Explicat.* I. 18. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 524. *seq.*] Fabrot. *ad Cujac. Parat. d. loc.*

(1) Vid. D. Goth. *in not.* ubi tamen Haloandri lectionem non dedisse integram, notat Gebauer. *h.* Cujacium, legentem *publica inutilitas*, notat quoque Jauch. *de Negat. Pand. p.* 172.

(2) Probante Waechtler. *in Opusc. p.* 555.

(3) Emendatione hunc locum indigere, monet quoque Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 2. §. 51. *p.* 45.

(4) Varias aliorum de hoc loco conjecturas recenset van de Water, *d. loc.* et Marckart. *Probab. rec. lect. Jur. Civ. Part.* II. *p.* 134. qui ipse cum Noodtio nihil mutari mavult. Bynk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. si quid mutandum, legendum censet: *publica utilitas vindicanda est coërcendae reipublicae caussa.* D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 15. legit: *publica calamitas coërcenda, et vindicanda est* etc. quem

quem refutavit Puttman. *Probab.* I. 5. §. 11. *p.* 46. ipse quoque nihil mutans. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XV. §. 8. legit: *et publica utilitas coërcenda et vindicanda reipublicae caussa.* H. Cannegiet. *ad Fragm. vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. et Rom. p.* 248. *et publicae utilitatis caussa*, vel, *et publica utilitate, coërcenda est et vindicanda* etc. Aliter Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 17. *p.* 117. *seq.* ubi refutat quoque Duirsemam, *Conject.* II. 2. *p.* 178. pro *exstanti necessitate* reponentem *ex tanta necessitate*, et Jensium, *in Strict. ad Pand. p.* 110. *seq.* qui de more suo verba graeca male versa esse dicit. *Ex tanta* legit quoque Hoffman. *loc. modo cit.* Cod. Pand. Erlang. habet: *exigente necessitate.* Vid. Gluck. *d. loc.* §. 945. *not.* 67. *p.* 211. quemadmodum et Vulg. Vid. Brencm. *h.* Aliter rursus Kellinghusen. *Diss. de LL. nonnullis Roman. Cap. ult. in fin.* in Nov. Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 65. *seq. Coërcendam utilitatem* Ulpianum dixisse pro *juvandam coërcitione*, putat P. J. de Fremery, *Diss. de Ration. Vett. JCtor. Cap.* 2. §. 4. *p.* 56. Secundum Bilderdyk. *Obs. et Emend. Cap.* 37. *p.* 215. simpliciter hic scriptum fuit: *publica utilitas vindicanda est*, et reliqua e margine in contextum migrarunt. Novissime de hoc loco egit Gluck. *d. loc.* §. 945. *not.* 68. *p.* 212. *seq.* qui cum Huber. *loc. cit.* lectionem Haloandrinam praefert: *et publica utilitas coërcenda vindicanda est reipublicae caussa.*

(5) Ibi legitur: *reipublicae venerandae caussa.* Sed adscripsit ad illum locum Schultingius: „ *vindicandae* dudum conjeci: et sic ed. R. Steph. add. seqq. Facit huc *L.* 1. §. 4. *deposit.* Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 77. *Error.* 5."

(6) *Inutile* hic esse *noxium et perniciosum*, notat quoque Bynk. *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. *Repugnans utilitati publicae*, Pothier. *in not. ad h. l.* adde Marckart. Puttman. de Fremery, Bilderdyk. *loco. supra citt.* etiam Gluck. *d. loc. not.* 69. *p.* 214.

§. 5.

§. 5.

Homo vestitus] Sic et *L.* 13. *de pecul. legat.*

Vestis enim non est deposita,] Judicis tamen officio restitui debet. Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Igitur in hanc actionem* etc.

§. 6.

Contractus enim legem etc.] Vid *L.* 23. *de reg. Jur.*

§. 7.

Illud non probabis (1), *dolum non esse praestandum*, etc.] Vid. §. 10. *h. l.*

(1) Hal. et Vulg. *non est probandum.* Vid. Brencm. *h.*

§. 8.

Balneatori] Quis hic, Salmas. *ad Lamprid. in Commod. Cap.* 1. (1).

(1) Add. H. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* I. 12. *p.* 81. — Ad seq. §. 9. vid. Suarez. *ad L. Aquil.* II. 2. *Sect.* 2. §. 17. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 92.

§. 10.

Dolum tamen eos praestituros, etc.] Vid. §. 7. *h. l.* (1).

(1) Add. notata superius ad *L.* 7. §. 15. *de pact. Tom.* I. *p.* 619. *Praestaturos.* Sic etiam alibi scriptum. Vid. notata ad *L.* 2. *de furtis*, *not.* 3. De varia lectione verborum praecedentium: *ut si cibaria tantum dabant*, vid. Brencm. *h.*

§. 13.

Et magis probat, mandati esse actionem.] Atque adeo culpam levissimam praestandam.

(1) *Quia*

Quia hic est primus contractus.] Facit huc *L.* 8. *pr. mandat.*

§. 16.

Quasi non reddita,] Vid. *L.* 3. §. 1. *commodat.* (1).

(1) Add. de hoc §. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Venit igitur* etc. — Verba ſeq. §. 19. in Baſilic. male verſa esſe, notat Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diſſ.* XV. §. 9.

§. 21.

Nihilominus recte ad reſtitutionem reum compelli,] Facit huc *L.* 17. *mandat.*

Horreis forte clufis,] Vid. *L.* 3. §. 2. *de offic. Praef. Vigil.* (1) et §. *ſeq.*

(1) Ad quam vid. notata.

§. 22.

Qui rem depoſuit, ſtatim poſſe depoſiti actione agere:] Vid. Quinctil. *Declam.* 245.

Hoc enim ipſo dolo facere etc.] Vid. *L.* 8. §. 1. *mandat.*

Marcellus autem ait, non ſemper videri poſſe etc.] Iniqua haec nota (1): nec videtur illam bene excuſare Huber. *in Eun. Rom. p.* 589. Caſus, ubi id non ex fide amici fit, apud Quinctil. *Declam.* 289.

(1) Conf. Schulting. *Theſ. Controv. Dec.* 58. §. 5. Sequitur: *quid enim, ſi* etc. Vid. de his verbis Gluck. *d. loc.* §. 944. *p.* 189. *ſeq.* et auctores ibi citatos.

§. 24.

Et ideo et fructus in hanc actionem venire, etc.] Vid. Paul. *in Sent.* II. 12. §. 7. (1).

(1)

(1) De quo loco Pauli vid. Schroder. *Obs. Jur. Civ.* IV. 8. *p.* 356.

§. 25.

Etiamsi sine dolo malo postea perierit, teneri te depositi:] Vid. *Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 10. [§. 7.] (1).

(1) De lectione seq. §. 32. verbis: *putasti, cum non esset*, vid. Brenckmann. *Histor. Pand.* II. 5. *p.* 150. et Eckhard. *Herm. Jur.* I. 2. §. 51. *in not. p.* 44.

§. 33.

Ita ut domino pro libertate ejusdem,] *Ejus dem*, aliae editt. (1) recte.

Sed nec reddidit aliud: est enim etc.] Scribe: *reddidit: aliud est enim* etc. (2).

Aliud est enim reddere, etc.] Vid. G. Forner. *Selection.* III. 15. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 101. *seq.*] ubi exceptio.

(1) Nihil hac de re monetur in Corp. Jur. Geb. et Spang. add. Best. *de Ration. emend. LL. Cap.* 1. §. 2. *num.* 2. *p.* 9. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 2. §. 76. *p.* 84. Gluck. *d. loc.* §. 946. *not.* 86. *p.* 220. qui addit, sic quoque legi in Cod. Pand. Erlang.

(2) Est vitium typographicum.

§. 34.

Priusquam utaris:] Non postea. *L.* 20. *h. t.*

§. 35.

Sed et si se quis deposito obtulit, etc.] Simile *L.* 53. §. 3. *de furtis* (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 59. §. 9. et Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. Tit. de pactis*, §. 324. *b. p.* 352. *not.* 73. ubi etiam alios laudat, et *hoc*

tit. §. 942. p. 177. Ceterum, quum Veteres nusquam, quod sciam, *culpam levissimam* dixerint *custodiam*, fateor, vocem illam mihi hoc loco valde suspectam esse, et vix dubito, quin pro *custodiam* legendum sit *diligentiam*. Conf. annotationes meas ad *L.* 23. *de reg. Jur.*

§. 36.

Si pecunia in sacculo etc.] Hunc §. Triboniani vel totum, vel ex potiore parte esse, stylus arguit. Vid. Fab. *Conject.* XII. 16. Nec repugnante Bachov. *ad Treutler. Vol.* I. *Disp.* 26. *Thes.* 13. *p.* 997. Ex parte concedente Huber. *Eun. Rom. p.* 590. *seq.* qui tamen nihil hic contendit esse carpendum (1).

(1) Add. Just. Meier. Ἐνδοξ. *Justinian. Dec.* V. *Cap.* 8. adj. ej. *Colleg. Jur. Argentor. Tom.* III. *p.* 980.

§. 37.

Oportere igitur rem deponi in aede aliqua,] Vid. *L* 5. *in fin. h. t.*

§. 38.

Pluribus praesentibus legit,] D. Goth. *in not.* „*Ut L.* 41. *ad L. Aquil.*" Ubi vid. Mornac.

Si hoc animo recitatum testamentum est quibusdam praesentibus etc.] Exemplum apud Dion. *Lib.* L. *p.* 421. 431. (1).

(1) *Judicia secreta* hic dici pro *testamentis*, notat Otto, *in Papinian. Cap.* 5. §. 6. *p.* 84. — In seq. §. 39. pro *libro sexto* legendum *libro quinto*, putat Contius. Vid. Brencm. *h.*

§. 40.

Pondus similiter adjiciendum (1):] D. Goth. *in not.* „Ima

„ *Imo non est adjiciendum. L. 19. §. 1. de furtis.*" Ibi quaeritur de furto.

(1) Flor. *adiciendum.* Vid. notata superius ad *L. 1. §. 1. de Senator.*

§. 41.

Quod et si res ostensae sunt,] An, *quod si et* etc. (1). Addunt quidam: *species forte, vel vestes.*

Et species vestis.] Al. *et vestis* (2).

Ego (3) *et rerum depositi agi posse existimo, quamvis signata cista deposita sit.*] Vid Mev. *Decision. Part.* IX. *Dec.* 54. *et* 55 (4). D. Goth *in not.* „ *Quid, quibus modis rerum in cista depositarum numerus probabitur, si cista* etc." add. Wisfenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 18. et auctores ibi laud. (5).

(1) Sic etiam legit A. G. Pagenstecher. *Adversar.* II. 11. et in seqq. post τὸ *species* ponit comma. Hal. habet: *quod si et res ostensae, species forte vel vestes, et sic depositae, adjiciendas et species et vesteis.* Paulo aliter Vulg. Vid. Brencm. *h.* Pari fere modo, ut Hal., habere Cod. Pand. Erlang. testatur Glück. *d. loc.* §. 943. *not.* 7. *p.* 186. *Cistas* esse vasa, quae condendae vestis gratia parantur, notat Pothier *ad h. l.*

(2) Sequitur: *Quid ergo* etc. *res ibi esse. Res ibi inesse*, legit Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 6. *p.* 230.

(3) Sic etiam Taurell. Sed Flor. clare scriptum esse *ergo*, testatur Brencm. *h.*

(4) Add. Gundling. *Exercitat. de C. Tribat. Testa ab injur. liberat.* §. 16. in ej. *Exercitat. Academ.* *Tom.* I. *p.* 198. *seq.*

(5) Vid. et Gluck. *loc. modo cit. p.* 187. *seq.*

§. 42.

Veniat in judicium,] Al. *venit*, vel *veniet* (1).

Ut et dolus eorum veniat, etc.] Vid. *L.* 36. *de pecul.*

(1) Prius Hal., posterius Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 47.

Hoc enim ipso dolo facit, etc.] Junge *L.* 3. *h. t.* (1).

(1) *Commentationem ad hunc* §. conscripsit Franc. Ramos del Manzan. in Thes. Meerman. *Tom.* VII. *p.* 35. *seqq.*

L. II.

Aut minoris, quam debuit, vendidit?] Cujac. *Obs.* XXIII. 24. (1) accipit de laesione ultra dimidium. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Part.* I. *Disp.* 2. *Thes.* 9. *Lit. d. p.* 87. *seq.* ponit casum ex *L.* 13. §. 5. *de action. emt.*

Actiones suas tantummodo praestabit.] Vid. *L.* 51. *de pecul.*

(1) Et *ad Lib.* XXXI. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Sed vid. Manzan. *loc. modo cit.* §. 14. *p.* 38.

L. III.

Ulpianus Lib. XXXI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. *h. t.*

L. V.

§. 2.

Si velit sequester etc.] Triboniano hunc §. adscribit Ant. Faber, negante Huber. *Eun. Rom. p.* 591. *seq.* Vid. de hoc §. Perrenon. *Animadv.* I. 15. [in Thes. Ottoñ. *Tom.* I. *p.* 611. *seq.*]

L. VI.

Proprie autem (1) *in sequestre est depositum*,] *Proprie autem in sequestro est positum*, legit Gronov. *ad Tacit. Annal.* III. 11. ubi hac de voce plura. Aliter Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Postremo observandum* etc. (2). Minus

nus bene Perrenon. *Animadv.* I. 14. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 610.]

(1) Tò *autem* apud Hal. et Vulg. abest. Vid. Brencm. *h.*
(2) Et Cujac. *ad Lib.* II. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

L. VII.

Vel ad malam mansionem]. Vid. D. Goth. *in not.* (1). *Putei* poenam intelligit Scip. Gentil. *Parerg.* I. 39. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1313.] male. Vocatur etiam a Latinis *nervus*. Vid. omnino de eo Vales. *ad Euseb. Histor. Eccles.* IV. 16. *et* V. 1. in primis Salmas. *de Modo usur. Cap.* 18. *p.* 812. *seqq.* ubi de variis ejus appellationibus, forma etc.

(1) Locus Fornerii, a Goth. citatus, exstat in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 45. Vid. et Turneb. *Adversar.* XXIII. 21. Suarez. *ad L. Aquil.* III. 8. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 170. *seq.* Heinecc. *ad Brisson. de V. S.* voc. *malus*, *num.* 2. Bynk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. In fine hujus *pr. quam decipere* dici pro *potius quam decipere*, notat Ant. Augustin. *Emendat.* IV. 8. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1537. Vulg. addit *magis*. Vid. Brencm. *h.* Saepe hae voces subintelligendae. Vid. notata superius ad *L.* 2. §. 1. *de reb. cred. not.* 8. — Ad seq. §. 1. vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Sequitur, adv. quem* etc.

§. 2.

Quotiens (1) *foro cedunt nummularii*,] Mensa eorum tunc eversa dicebatur. Vid. Salmas. *de Foenor. Trapez. p.* 36. (2).

Qui depositas pecunias habuerunt,] Θέματα, θέσεις vocarunt. Vid. Salmas. *d. loc. p.* 563.

Et ante privilegia igitur, etc.] Obstat *L.* 24. §. 2. *de reb. auct. Jud. possid.* ubi vide, et G. Forner. *Selection.*

lit. 80 [In Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 90. *seq.*] (3).

Qui vel postea usuras acceperunt, etc.] *Vel*, id est, *etiam*. Aliud *L.* 44. *de adm. et peric. tutor.* add. Matth. *de Auctionib.* I. 21. *num.* 27.

(1) De scriptura hujus vocis vid. notata superius ad *L.* 2. §. 33. *de orig. jur. not.* 1.

(2) Add. Des. Herald. *de Rer. judic. auctorit.* II. 24. *num.* 22. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1280. Fopp. ab Aexem. *Diss. Jur. Civ.* I. 21. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 819. et vid. de hac Legis parte Hubert. *Diss.* II. *de Argentar. Veter. Cap.* 4. §. 4. *et* 5. in Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 90. *seqq.*

(3) Schulting *Thes. Controv. Dec.* 59. §. 5. distinguit, utrum pecuniae depositae sint, ita ut eadem corpora redderentur; an id actum, ut tantundem solummodo redderetur. Alii aliter. Vid. Schulting. *d. loc.* Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 13. Pothier. *in not. ad h. l.* Gluck. *d. loc.* §. 946. *p.* 224. *seqq.* qui etiam alios laudat. add. Marckart. *Interpr. rec. Lection. Jur. Civ.* II. 13. *p.* 258. qui *ante privilegia* explicat *ante personas privilegio gaudentes.*

§. 8.

An vero simul omnium depositariorum ratio habetur?] Lege: *habeatur* (1).

(1) Est vitium Typographicum. *Habeatur* etiam Flor. et aliae editt. Gothofred.

L. VIII.

Quod privilegium etc.] Aliud intelligit Cujac. *ad Lib.* IX *Papinian. Quaestion. in expl. h. l.* et Matth. *de Auction.* I 18. *num.* 9. (1). Ego idem, cum scil. depositi agitur (2): alioquin pecunia extans etiam poterit vindicari. *L.* 24. §. 2. *Vs. si tamen. de reb. auct. Jud. possid.*

Nam, deducto eo, bonorum calculus subduci solet.] Facit huc Carpzov. *Definit. Forens. Part.* II. *Const.* 28.

Def. 50. Mev. *Decision. Part.* II. *Dec.* 345. ubi de expensis in litem praelationis, et quae pro rei conservatione fiunt: et *Part.* IX. *Dec.* 28. (3).

(1) Alios etiam citat Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 13.
(2) Atque ita nihil peccavit Tribonianus, quod Legem hanc Legi 7. subjecerit. Vid. Schulting. *Thes. controv. Dec.* 59. §. 6. *Argentarii.* Basilic, ἀργυροπρά του, *argenti venditoris.* Vid. Brencm. *h.* qui observat, ita eos etiam vocari *Nov.* 136, et apud Suidam, voc. ἀργυράμοιβος.
(3) Add. Jens. *in Strictur. ad L.* 11. *Cod. h. t. p.* 566.

L. IX.

Paulus Lib. VII. *ad Edictum.*] *Lib.* XVII. (1) Al. *Lib.* XXXI. teste Cujac. *ad Lib.* XVII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

Quem in solidum ipse heres admisit.] Non obstat *L.* 22. *h. t.* Vid. Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 80. *Error.* 6. Merend. *Controv. jur.* VIII. 17. (2).

(1) Vitium typographicum est.
(2) Vid. et de hac Lege Ches. *Interpr. Jur.* I. *ult. num. ult.* in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 319. *seq.*

L. X.

Nec adversus coheredes etc.] Vid. ad *L. praec.* (1).

(1) Pauca tantum ad hanc Legem monuit Cujac. *ad Lib.* II. *Julian. ex Minic.* — In seq. *L.* 11. *invitum solutionis* dici eum, quo invito, atque indignante fit solutio, idque ex mala e graeco versione, notat Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 111. Inter Graecismos, et novas locutiones refert Pithoeus, *in Adversar.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 352. In verbis: *si sine dolo omni reddat*, τῷ *omni* Flor. subantique *a* superscriptam esse, et ita habere omnes editiones, monet Brencm. *h.*

L. XII.

§. 1.

Sed dicendum est, etc.] Versiculus hic Fabro suspectus. Dissentit merito Huber. *in Eun. Rom. p.* 592. (1). Locus Fabri unus est, *de Errorib. Pragm. Dec.* 80. *Error.* 6. *et* 7.

Quoniam et in ad exhibendum actione id servatur.] Vid. *L.* 11. §. 1. *ad exhibend.*

(1) Add. Gluck. *d. loc.* §. 944. *not.* 44. *p.* 205. *seq.* — Ad seq. §. 2. vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 59. §. 1.

§. 3.

Si judicii accipiendi tempore potuit id reddere reus, nec reddidit.] Sed vid. *L.* 14. §. 1. *h. t.* (1).

(1) Add. Schulting. *ad Fragm. Cod. Hermogen. Tit.* XII. *not.* 3. in *Jurispr. antejustin. p.* 716. *seq.* et Gluck. *d. loc.* §. 942. *not.* 81. *p.* 178.

L. XIII.

Quoniam nunc incipit dolo malo facere, si reddere eam non vult.] Vid. *L.* 1. §. 22. *h. t.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* XXXI. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Perperam enim in edit. S. van Leeuwen, haec Lex inscribitur *ad Sabinum.*

§. 1.

Sed non antequam id dolo admissum sit:] Pro *id* aliae editt. habent *quid* (1).

(1) Ita Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

L. XIV.

L. XIV.

Si plures heredes exstiterint etc.] Triboniano adscribit Faber. Dissentit Huber, *in Eun. Rom. p.* 593. (1).

Cautela idonea reddenda.] Haec limitatio videtur Triboniani esse: quod video et notari a Brisson. *de V. S.* voc. *cautela.* Nec video, cur non admittat Huber. *d. loc.* (2).

(1) Add. Gluck. *d. loc.* §. 947. *not.* 9. *p.* 230. *seq.*
(2) Dissentit tamen etiam Heinecc. *ad Brisson. d. loc.* et Glück. *loc. modo cit.*

§. 1.

Et sua natura res ante rem judicatam interciderit,] Hinc limita *L.* 12. §. *ult. h. t.*

Utique, cum interitura esset ea res, etsi etc.] Hoc casu tantum id admisere Proculiani. Vid. Merill. *Var. ex Cujac.* III. 22. (1). Vid. et hac de re Cujac. *Tract.* V. *ad African. in expl. L.* 108. §. 11. *de legat.* 1° Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 18. *Error.* 10. putat, hunc locum à Triboniano interpolatum esse.

(1) Et Guil. Barclaj *ad L.* 5. *de reb. credit.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 837. — Pauca tantum ad seq. *L.* 15. notavit Cujac. *ad Lib.* XIII. *Julian. Digest.*

L. XVI.

Eatenus eum teneri, etc. *ut actiones suas tibi praestet* (1).] Nonnulli etiam utilem actionem depositi contra secundum depositarium olim dedere. Vid. Paul. *apud Auctor. Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 10. [§. 7.] Quod et notat Cujac. *Tract.* VII. *ad African. in expl. h. l.* (2).

(1) Rationem reddit Altamiran. *ad Lib.* II. *Scaevol. Quaestion. in expl. l.* 51. *de pecul. num.* 8. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 400.
(2) Sed non admisit id Africanus, cujus solam hac de re

ſententiam in Pand. habemus. Vid. Schulting. *Theſ. Controv. Dec.* 59. §. 3. et latius Puttman. *Meletem. Jur. Civ. Cap.* 9. in ej. *Opusc. Syllog. p.* 186. *ſeqq.* Vid. tamen Gluck. *d. loc.* §. 946. *p.* 221. *ſeqq.* ibiq. cit. Chr. Rau, *Diſſ. de Actione depoſiti adv. tertium poſſeſſorem.* Lipſ. 1775.

L. XVII.

§. 1.

Niſi apud ſequestrem depoſita est:] Scil. ipſa poſſeſſio, atque adeo abdicata. Ita Noodt, *ad h. t. Pand.* Vſ. *Conſilium mihi fuit* etc. (1) post Duaren. *de Sacr. Eccleſ. Miniſt. et Beneſ.* III. 10. et Leonin. *Emendat.* VII. 1. qui Freherum refutat. Minus bene Perrenon, *Animadv.* I. 14. [in Theſ. Otton. *Tom.* I. *p.* 610.] (2).

Id enim agitur ea depoſitione, etc.] Est, qui legat *cum* pro *enim* (3). Fruſtra. Baſilic. ut in textu. Freher, *Parerg.* I. 7. [in Theſ. Otton. *Tom.* I. *p.* 869. *ſeq.*] legit: *Tum autem demum ſequester poſſidet, cum id agitur* etc. Bachov. ad *Treutl. Vol.* II. *Part.* II. *Diſp.* 21. *Theſ.* 4. *Lit. f. p.* 309. *ſeqq.* fluctuat.

(1) Sic etiam Schulting. *Theſ. Controv. Dec.* 58. §. 10. Gluck. *d. loc.* §. 938. *not.* 2. *p.* 145. von Savigny, *das Recht des Beſitzes*, *p.* 302. Duarenum et Noodtium etiam ſequitur Rucker. *Obſ. Cap.* 13. §. 16. pro *depoſita est*, ope geminationis, legens: *depoſita ea est*, ſcil. ea poſſeſſio cujus mentio proxime praeceſſit. Paulo aliter Joach. Joh. Schwartz. *Spec. Obſ. ad Var. Vett. JCtor. Fragm. Cap.* 3. §. 2. Lugd. Batav. 1750. etiam, ope geminationis legens: *niſi ea apud ſequestrem* etc.

(2) Alios etiam laudat Otto, *in Praef. Tom.* V. *Theſ. Jur. p.* 26. et Voorda, *Elector. Cap.* 15. qui ipſe nihil pugnae eſſe ſtatuit inter hanc Legem et *L.* 39. *de adq. vel am. poſſ.* ſed Florentinum hic definire, quod Julianus ibi non attigit.

(3) Ita Beckelman, *ad h. t. Pand.* §. 11. *Quum id agitur*

tur legit quoque Pothier, *in not. ad h. l.* Ipse Schulting, in *Thes. controv. d. loc.* ait: si priorem explicationem non sequaris, tunc vel legendum est: *possidet, cum id agitur* etc. vel cum Frehero: *Tum autem demum sequester possidet, cum id agitur* etc. addit tamen, priore explicatione contentos esse nos posse. Nihil mutandum, censet quoque Theod. Joh. Alex. Pagenstecher. *Spec. de Viol. emend. in Jus. Civ. non adm. Cap.* 3. *p.* 105.

L. XVIII.

Et intra annum quoque:] Id est, ne tum quidem in duplum datur (1).

(1) Vid. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* quem sequitur quoque Schulting, *in Thes. Controv. Dec.* 58. §. 7. et B. Voorda, *in not. ad Prael. Jan. a Costa,* *p.* 213. *seq.* Aliter Noodt. *in Comm. ad h. t. Pand.* Vs. *Deinde ait* etc. et Voet. *ad eund. tit.* §. 11. quos sequitur Gluck. *d. loc.* §. 945. *not.* 76. *p.* 216. *seq.* ubi et notat Just. Henn. Boehmer. qui *in Doctr. de action. Sect.* II. *Cap.* 8. §. 23. locum hunc ita emendat: *in heredem de dolo mortui actio est pro hereditaria portione; et intra annum quoque in ipsum* (scil. depositarium) *et in solidum, et in duplum; at in simplum in perpetuum datur.*

L. XX.

Paulus Lib. XVIII. *ad Edictum.*] An, *Lib.* XXXI. (1). *Nec cavere debes,* etc.] Aliud *L.* 8. §. 10. *mandat.* add. Suerin. *Repet. Lect. Cap.* 19. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 35. *seq.*] (2).

(1) Ita Hal. Vid. Geb. *h.* Praefert hanc Lectionem Cujac. *ad Lib.* XVIII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* quem etiam vid. de seq. *L.* 21. *ad Lib.* LX. *Paul. ad Edictum.*

(2) Et Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XXII.

Si duo heredes etc.] Vid. Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 80. *Error.* 6. *et* 7. contra Fabrum, pleraque haec Triboniano adſcribentem.

Nam ſi diviſerint decem millia (1), etc.] Quod potuere recte facere. Vid. Merend. *Controv. Jur.* VIII. 17. qui mox male intelligit lancem ex pecunia factam (2).

Et uterque ſolvendo est,] Et praeſens, ut in beneficio diviſionis.

In partes obſtricti erunt:] Actione ſcil. diviſa, non ipſo jure. Facit huc *L.* 38. *de adm. et peric. tutor.*

Aliave quae (3) *ſpecies dolo eorum interverſa fuerit*, etc.] Facit huc *L.* 4. *de verb. oblig.* Scip. Gentil. *de Divid. et individ. oblig. Cap.* 19. [*Oper. Tom.* I. *p.* 167.] vult hic eſſe factam ſtipulationem, dolum malum abfuturum eſſe: quod non video.

Nec tamen abſurde ſentiet, etc.] Fruſtra Triboniano haec adſcribit Faber. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 594.

Condemnandum tamen, ſi res non reſtituetur, pro qua parte heres exſtitit.] Bachov. *Adv. Fab. d. loc. Error.* 7. hoc accipit ita, modo uterque ſit ſolvendo. Facit huc *L.* 38. *de adm. et peric. tutor.*

(1) Tò *milia* hic, et paulo post, Flor. uncis incluſum eſſe, et recte adeo Noricam hac voce carere, licet Vulg. eam retineat, notat Brenem. *h.*
(2) De *lance* vid. notata ſuperius ad *L.* 6. *de reivindic.*
(3) Flor. fuiſſe: *aliavequeſpecies*, ſuper *e* in *que a* poſita, ut legeretur: *aliave qua ſpecies*, notat Brencm. *h.*

L. XXIII.

Servo conſtituto] Expungit Noodt. *ad h. t. Pand.* in fin. (1).

(1) Etiam Cujac. *ad Lib.* II. *Modeſtin. Different. in expl. h. l. Reſtituto* legendum, aut intelligendum, cenſet Pithoeus, *ad Collat. LL. Moſ. et Rom. Tit.* 10. §. 2. *not.* 12. et ſic quoque legit Ant. Fab. *in Ra-*

Ration. et Pothier. *in not. ad h. l.* Sed, improbat Bynk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. qui legi mavult *constitutorum*. Pari modo emendat van Nispen, *Diss. ad Herenn. Modestin. IX. Libb. Different. Cap.* 2. in Thes. Diss. Jurid G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 25. et Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XV. §. 10. Vid. et Gluck. *d. loc.* §. 944. *not.* 39. *p.* 200. *seqq.* et Pancirol. *Thes. Var. Lection.* II. 39 in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1157. *seq.* Contra, H. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. et Rom. p.* 231. non tantum verba *servo constituto* hic retinet, sed ea apud Modestin. *in Coll. LL. Mos. et Rom. d. loc.* inserenda putat. Retinet quoque verba *servo constituto* Jo. Cannegiet. *ad d. loc. Collation. p.* 229. et exponit *servo deposito*.

L. XXIV.

Confestim tibi numerabo.] *Cum usuris* excidisse, putat Noodt. *de Pactis, Cap.* 19. ubi hanc Legem explicuit (1).

Quid est enim aliud commendare, quam deponere?] Vid. Noodt. *d. loc.* (2).

Egreditur ea res depositi notissimos terminos.] Vid. *L.* 26. §. 1. *h. t.* Similiter, *L.* 25. §. 1. *L.* 28. *L.* 29. §. 1. *h. t. L.* 31. *locat. conduct.* (3).

Qui beneficium in suscipienda pecunia dedit:] Vid. Fabrot. *ad Cujac. Parat. ad h. t. Cod.*

Si tamen ab initio de usuris etc.] Vid. Noodt. *de Foenor. et Usur.* III. 5. (4).

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 58. §. 3. Late de hac Lege etiam egit Cujac. *ad Lib.* IX. *Papinian. Quaestion.* et Gluck. *d. loc.* §. 940. *p.* 157. *seqq.* De locutione *notum facere* vid. Burman. ad Sueton. *Tom.* I. *p.* 369.

(2) Add. notata superius ad *L.* 14. §. 4. *de religios.* et ad *L.* 180. *de V. S.* et Gluck. *d. loc.* §. 938. *not.* 83. *p.* 137.

(3) Add. Bynkersh. *Obs.* VIII. 5. Sequitur: *rationem usurarum haberi, non facile dicendum est.* Basilic. Papi-

Stano negantem sententiam minus bene tribuere, monet Bynkersh. d. loc. et Otto, *in Papinian. Cap.* 12. §. 3. *p.* 375. Jauch. *de Negati Pand. p.* 10. ait, Flor. legi: *non facile dicendum non est*, sed posterius *non* uncis inclusum esse à manu corrigente, et à Taurell. recte omisfum. In Corp. Jur. Geb. et Spang. hac de re nihil notatur.

(4) Add. Bynkersh. *d. loc.* et H. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Collat. LL. Mos. et Rom. p.* 244.

L. XXV.

Idem Lib. III. *Responsorum.*] Junge *L.* 32. *in fin. de neg. gest.* (1).

Aut postea res oblatas puellae,] De hoc ritu *L.* 12. *de Public. in rem. act. L.* 5. *L.* 27. *L.* 32. §. 27. *de donat. int. vir. et uxor. L.* 1. *Cod. si adv. donat.* add. Hotoman. *de Vet. rit. nuptiar. Cap.* 8. (2).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* III. *Papinian. Respons. in expl. d. L.* 32. §. 1. *de neg. gest.*

(2) Et Burman. *ad Sueton. Tom.* I. *p.* 336. — Ad *seq.* §. 1. vid. Cujac. *ad Lib.* III. *Papin. Respons. in expl. h. l.* Noodt. *de pact. et transact. Cap.* 19. Bynkersh. *Obs.* VIII. 5.

L. XXVI.

Paulus respondit, filio.] D. Goth. *in not.* „ *Heredi.* etc. " Vid. Pichard. *ad* §. *ult. Inst. de inutil. stipulation.* 23. (1). — Ob matris pactum. *L.* 45. §. 2. *de verb. oblig. L.* 8. *Cod. ad exhib.* Vid. Cujac. *Tract.* VIII. *ad African. in expl. L.* 23. *de pact. dotal.* (2) add. *L.* 18. §. 2. *de m. c. donat.* et Sand. *Decision.* III. 3. *Def.* 1. — Ex fideicommisso, ob *L.* 77. *de legat.* 1°. *L.* 37. §. 3. *de legat.* 3°. Vid. Fab. *Conject.* XIX. 18. et Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Ab alia causa* etc. (3).

(1) Sed vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 59. §. 4. In

In praecedentibus Flor. legi *salva sanave*, sed subantique signa transpositionis apposita esse, ut fieret *sana salvave*, testatur Brencm. *h.* qui id praefert. De formula: *si aliquid mihi humanum contigerit*, vid. Trotz. *Memor. Propag. Cap.* 6. §. 1. *p.* 337.

(2) Et *ad Lib.* IV. *Paul. Respons. in expl. h. l.* Pari modo Schulting. *Thes. Controv. d. loc.* Vid. et Lyclam. *Membran.* VII. 36. §. 1.

(3) Add. Gluck. *d. loc.* §. 946. *not.* 87. *p.* 220.

§. 1.

'Οβόλους τέσσαρας] Sunt usurae besses. Vid. Salmas. *de Mod. usurar. Cap.* 7. *p.* 277.

Singulasque libras,] *Minas.*

Depositae pecuniae modum excedere:] Bona lectio (1). Vid. *L.* 24. *h. t.*

Usurae quoque actione depositi etc.] *Non actione* etc. Salmasius, Male. Vid. Wissenbach. *Vindic. Disp.* I. *de Mutuo*, *ad Thes.* 16. [adj. ej. *Disp. ad Instit. p.* 459. *seq.*] (2).

(1) Hotoman. *non excedere.* Vid. D. Goth. *in not.* Notatus propterea quoque a Jauch. *de Negation. Pand. p.* 205.

(2) Add. de Retes, *Opusc.* II. 4. *Cap.* 8. *num.* 4. in Thes. Meerman *Tom.* VI. *p.* 162. et Gluck. *d. loc.* §. 940. *p.* 163. *seqq.* ubi de hoc §. egit.

§. 2.

Titius Sempronius etc.] De hoc loco quaedam Salmas. *ad Jus Attic. Cap.* 29. non passim probandus.

Ex quibus debetis mihi decem, etc.] Pro *ex quibus* scriptum ab initio fuisse *vos autem*, et post *decem* secuta illa *ex ratione patris vestri*, *et quod excurrit*, putat Salmas. *d. Cap.* 29. *in fin.* etiam verba Epistolae, ab homine forte imperito scriptae, exigens ad regulas loquendi exactas (1).

Sci-

Scilicet quod ad solam pecuniae caussam attinet.] Haec a mala manu esse, putat Herald. *Obs. Cap.* 2. [in Thes. Otton. *Tom.* II *p.* 1314.] Sed sunt Consultoris, definite quaestionem proponentis.

(1) Sequitur: *Trophimati.* Varie haec vox emendatur. Vid. D. Goth. *in not.* et Brencm. *h.* Sed perperam: est enim nomen Proprium. Vid Cujac. *ad Lib.* IV. *Paul. Respons. in expl. h. l.* add. Bynkersh. *Obs.* III. 7. et Otton. *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 41.

L. XXVII.

Nulla denunciatione a domino facta,] D. Goth. *in not.* „ *domino facta*, *Hotoman.* etc." (1). Pessime: nam JCtus respicit denunciationem, quam requisivit SCtum Claudianum fieri a domino servi, cui se junxerat mulier. Vid. Ulpian. *in Fragm. Tit.* 11. §. 11. (2). *L. unic. Cod. de SCt. Claud. tollend.* P. Fab. *Semestr.* I. 25.

(1) Omnes editiones, praeter Noricam, *a* omittere, sed perperam, notat quoque Brencm. *h.*

(2) Add. Paul. *in Sent.* II. 21. *a.* §. 1. Cujac. *ad Lib.* VII. *Paul. Respons. in expl. h. l.* Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 59. §. 10. Pothier. *in not. ad h. l.* Vestigium SCti Claudiani in hac Lege superesse, observat quoque Burgius, *Elector.* I. 8. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 323. et Bynkersh. *Obs.* VII. 10. Vid. de hoc SCto Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 3. §. 21. *seq.* ibiq. Stockman. et add. de hac Lege Gluck. *d. loc.* §. 940. *not.* 29. *p.* 153. *seq.*

L. XXVIII.

Viginti quinque nummorum, *quos* etc.] *Millia* scripsit Scaevola, alioquin summa erit nimis exigua: sed Tribonianus hoc delevit more suo (1).

(1) Etiam Brencm. *h.* notat, aut *milia* hic excidisse, aut saltem subintelligi debere. Subaudit etiam Pothier. *in not.*

not. ad h. l. Praecedit: *ad Paccium Rogatianum.* Vulg. *Pacatium.* Vid. Brencm. *h.* Ad *Rogatianum* rescriptum esse Alexandri in *L.* 3. *Cod. de interd. matrim.* et Antonini in *L.* 1. *Cod. comminat. epistol.* etc. observat Pancirol. *Thes. Var. Lection.* l. 79. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1088. Sequitur: *notum tibi ita hac epistola facio*, etc. Ubi τὸ *ita* abundare, ut et alibi, notat Bynkersh. *Obs.* I. 28. Apud Hal. et Vulg. abest. Vid. Brencm. *h.* De locutione *notum facere* vid. notata superius ad *L.* 24. *h. t. not.* 1. Verba: *ad ratiunculam meam ea pervenisse*, Cujac. *ad Lib.* I. *Scaevol. Respons. in expl. h. l.* exponit: rationibus meis me eam pecuniam tulisse acceptam. Addit, etiam Plautum *ratiunculam* dixisse. Etiam Terent. *in Phormion.* I. 1. 2. Verba: *id est, ut usuras eorum accipias*, apud Hal. abesse, nec videri esse Caecilii Candidi, notat Brencm. *h.*

L. XXIX. (1).

(1) *Si sacculum* etc. Exstat hic locus etiam apud Paul. *in Sent.* II. 12. §. 5. et in *Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 10. §. 7. ubi vid. Interpp. add. Bynkersh. *loc. mox a Schult. cit.* et van Vryhoff. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 32.

§. 1.

Usuras ejus nomine praestare mihi cogitur.] Ex mora, pacto. Vid. Bynkersh. *Obs.* VIII. 5.

L. XXXI.

Bona fides, quae etc.] De hoc textu vid. Huber. *Eunom. p.* 595. *seq.* qui tamen parum exponit.

Utrumne ipsi haec reddenda, etc.] Facit huc Cicer. *Offic. Lib.* III. (1).

Nam male meritus etc. etiam egestate laborare debet.] *L.* 8. *Cod. Theod. de bon. proscript.* [*Tom.* III. 363.] (2).

(1) Loca habet Noodt. Probab. III. 2. Verba sequentia: *si tantum naturale et gentium jus intuemur*, etc. quomodo intelligenda sint, vid. apud Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 59. §. 4. Late hanc Legem exposuit Maran. in ej. *Operib.* p. 567. *seqq.* Dissertationem ad eam conscripsit Jac. Klinkhamer. Lugd. Batav. 1757.

(2) *Ad deterrenda maleficia*, id est, summovenda. Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1394. Simili ratione loqui Cicer. *de Offic.* II. 28. notat Duk. *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

§. 1.

Latro spolia, quae mihi abstulit, etc.] *Vestem* intelligit Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Sed revertor* etc. (1).

Quo facto scelestissimo adempta sunt.] Al. *quae* (2). Grotius, *de Jur. Bell. ac Pac.* II. 10. §. 1. [et *in Flor. Sparsion. p.* 161.] *quoi* pro *cui* (3). Alioquin et dixere *qui* pro *cui* (4).

Nihilominus ei restituenda sunt, qui deposuit, etc.] Jus enim fori (5) omnibus dicitur. Senec. *de Benefic.* IV. 28. Locus elegans.

Quod et Marcellus in praedone, etc.] Vid. *L.* 1, §. 39. *h. t.*

(2) Ita Hal. et Vulg. Vid. Brenem. *h.* Sed Taurell. edidit *cessabit*, et sic etiam mox *dissipabit*. Denique pro *mandati actione conveniat* Vulg. habet: *conveniat reum*. Vid. Brencm. *h.* et sic etiam *Cod. Pand. Erlang.* Vid. Gluck. *d. loc.* §. 956. *not.* 77. *p.* 317. qui de hoc §. videndum, ait, Donell. *in Comm. Jur. Civ.* XIII. 13. — Ad seq. *L.* 39. vid. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 240. *seqq.* et ad seq. *L.* 40. vid. Cujac. *ad Lib.* IX. *Paul. ad Edict.* add. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. tit. de neg. gest.* §. 420. *p.* 338. *seqq.*

L. XLIV.

Aut si quis non exegerit, quod exigere, solvere.] D. Goth. *in not.* „ *Forte legendum* solet, *vel* soleret." Basilic. *Tom.* II. *p.* 155. Δῆλος ἐςὶ τὸ μὴ ποιῆσαί τινα, ὃ δύναται, ἢ τὸ μὴ ἀπαιτῆσαι τὸν δυνάμενον, ἢ τὸ μὴ δοῦναι τὸ

ἄπαι-

ἀπαιτηθῆν. Faber *aut solvere*, nec Huber. *Eun. Rom.* *p.* 612. bene Vulg. defendit. Bynkersh. *Obs.* VIII. 2. (1) *soluere*, id est, soliti sunt.

(1) Et *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. Nic. Catharin. *Obs. et Conject.* III. 1. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 784. *quod exigere solet.* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XVI. §. 2. aliquando tentaverat, una litera geminata, legere: *exigeres solvere.* Sed nec ipsi haec emendatio satisfacit, et videtur praeferre Vulgatam: *quod exigere potest, aut si quis nolit solvere, quod exegerit*, quoniam Graeci eam suffragantur. Servat quoque hanc lectionem *Cod. Pand. Erlang*, nisi quod pro *exegerit* habeat *exegit.* Vid. Gluck. *d. loc.* §. 955. *not.* 47. *p.* 303. *seq.* Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 8. §. 3. *p.* 402. verba haec sic accipit: *aut non exegerit, quod exigere debet, aut non solverit, quod solvere debet.* Puttman. *Prolus. de caeca et illiber. sine arte critic. Jurispr.* in ej. *Opusc. Syllog. p.* 73. *seq.* loco *solvere* legit *potuerit*, vel *soluerat.* Koehler. *Interpr. et Emend.* II. 10. verba quaedam excidisse putat, et legendum: *quod exigere potest: aut si quis nolit solvere, quod potest solvere.* Etiam Brencm. *h.* notat, videri hunc locum esse ex non correctis, et ita restituendum: *quod exigere potest, aut quod exegerit, nolit solvere.*

L. XLV.

§. 3.

Si judicio te sisti promisero, etc.] Hic non jam fidejussor, sed principalis promissor. Vid. Donell. *ad L.* 10. *Cod. h. t. num.* 4. (1).

(1) Add. Ches. *Different. Jur. Cap.* 28. *num.* 13. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 703.

§. 7.

Quamvis id mandatum ad tuam *rem pertineat:*] D.

Goth. in not. *meam* etc. (1). Forte male: Vulgatam tamen damnat Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. h. t.*

(1) *Meam rem* etiam Hal. et reliquae editiones. Vid. Brencm. *h.* quod et mavult Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 8.

Quia sequenti mandato liberaretur *ex priore caussa.*] Ex ratione juris veteris ante *L. ult. Cod. de fidejussor.* (1).

(1) Add. Cujac. et Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 17. *not.* 47. in *Jurispr. Antejustin. p.* 297. — Ad seq. *L.* 46. vid. Cujac. *ad Lib.* LXXIV. *Paul. ad Edict.* Pothier. *in not.* Gluck. *d. loc.* §. 954. *p.* 277. *seq.* Nonnulla quoque ad eam notavit Jensius, *in Strict. ad Pand. p.* 122. *seq.* qui putat, verba priora: *qui ita promisit, si Stichum non dederis,* etc. vel mutilata esse, vel negligenter è Graeco versa. Idem, *ibid. p.* 124. censet, in seq. *L.* 47. *pr.* verba: *quod ei ex caussa fidejussoria* etc. verti debuisse, *quod sibi ex caussa* etc. Sed vid. Reiz. *in Obs. Miscell. Vol.* X. *p.* 367.

L. XLVIII.

Sed si reus fidejussori *denunciasset*, etc.] Si is conveniatur (1).

(1) Add. Balduin. *Jurispr. Mucian.* in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 550. *seq.* Sequitur: *quod potestatem eximere reo videtur, suo jure uti.* Malam hanc esse è Graeco versionem rursus sentit Jens. *Strict. ad Pand. p.* 124. Sed vid. notata superius ad *L.* 13. *de Legib.* add. de hac Lege Pothier. *in not.*

§. 1.

Meum in eo periculum, meum emolumentum sit,] Haec sunt pars mandati, et commodius alia literarum forma imprimerentur.

§. 2.

§. 2.

Quemadmodum si mandem, ut mihi *quemvis fundum emas.*] Sic et Basil. Sed Hal. *tibi*, quod placet Noodtio, *Probab.* IV. *ult.* §. 5, et *ad h. t. Pand.* Vs. *Utcunque erit* etc, circa fin. (1). Vulgatam retinet Cujac. *ad Lib.* IV. *Papinian. Respons. in expl. L.* 69, §. *ult. de jur. dot.*

(1) Idem Voetio, *ad h. t. Pand.* §. 4. Noodtium contra Waechtler. defendit Auctor Anonymus, *in Obs. Miscellan. Vol.* III. *p.* 300. *seq. Tibi* habet quoque *Cod. Pand. Erlang.* probante Gluck. *d. loc.* §. 952. *not.* 31. *p.* 252. quem etiam vid. *ibid. not.* 32. de verbis: *periculum duntaxat ad me pertineat.*

L. XLIX.

Servum Titii emi ab alio bona fide, etc.] Explicuit hanc Legem Leonin. *Emendat.* III. 2. Sand. *Decision.* II. 7. *Def.* 1. et II. 9. *Def.* 17. Ches. *Different. Cap.* 71. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 834.] (1).

Neque si rem tradidisset, vindicationem *ei concedendam*,] Quam stricto jure habet, ut dominus. Vid. *L.* 35. *de adq. rer. domin.* Sed non debet venire contra proprium factum, quod sua sponte gessit (2). Nec etiam hic dicitur, eum de evictione teneri, quod recte negatur, Vid. *L.* 67. *de procurator.* Aliter Hilliger. *in Donell. Comm. Jur. Civ.* IV. 16. *b.*

Contra, mandator, si rem ab eo *vindicare velit*, etc.] *Si ab emtore* ex MS. legit Leonin. *d. loc.* et mox *venditorem* loco *venditionem. Venditorem* etiam Hal. Vid. D. Goth. *in not.* (3) et Basil. *Tom.* II. *p.* 158. κατὰ τοῦ πωλήσαντος τῷ κληροδότῃ.

(1) Add. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. tit. de reivindic.* §. 582. *p.* 112. *not.* 9. qui monet, Hub. Giphanium, *in Lectur. Altorphin. p.* 357. *seq.* et Voet. *ad*

ad tit. Pand. de adq. rer. dom. §. 37. Legem hanc minus bene intellexisse.

(2) Conf. Averan. *Interpr. Jur.* l. 16. *num.* 9. *seqq.*

(3) Etiam Taurell. in margine habere *venditorem*, et ita antique Flor. esse factum, testatur Brencm. *h.* add. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XVI. §. 2.

L. L.

Nec refert, ratum habuit, nec ne fidejussor, etiam antequam etc.] Lege: *ratum habuit, nec ne: fidejussor etiam* etc. (1).

(1) Sic quoque locus hic interpungitur in edit. Taurell. et Geb. et Spang.

§. 1.

Isque decessit,] Vid. *L.* 37. *h. t.* (1).

(1) In seq. *L.* 51. pro *petere* Hal. habet *repetere.* Vid. D. Goth. *in not.* atque ita omnes habere, et forte rectius, notat Brencm. *h.*

L. LII.

Quodlibet triticum dando etc.] Nam semper hoc adhuc est alicujus pretii. Aliud in ultimis voluntatibus. Vid. *L.* 37. *pr. de Legat.* 1°. *L.* 38. §. 2. *de aur. arg. leg.* Huber. *Eun. Rom. p.* 613. (1).

(1) Explicuit hanc Legem Hieron. van Alphen, *Diss. de Javolen. Prisco, Cap.* 2. §. 2. in Nov. Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* I. *p.* 23. *seq.* — Sequentem *L.* 53. conjungendam esse cum *L.* 7. *ad SCt. Vellejan.* monet Cujac. *ad Lib.* IX. *Papinian. Quaestion. in expl. h. l.* In verbis: *alterutrius mandatum secutus* etc. *alterutrius* malam e Graeco versionem esse, et scribendum *alterius*, vel *alius*, ait Jens. *Strict. ad Pand. p.* 124. *seq.* Vulg. et Hal. rectius habere *alterius*, notat Brencm. *h.*

L. LIV.

L. LIV. (1).

(1) *Et affectus ratione mandati agetur.* Varie haec verba explicant Interpp. Vid. Cujac. *ad Lib.* XXVII. *Papinian. Quaestion, in expl, h. l.* Ant. Faber, *in Ration. ad h. l.* Pothier. *in not. ad h. l.* Gluck. *Ausf. Erl. der Pand, tit. de in lit. jurand.* §. 813. *p.* 433. *in not.* qui etiam alios citat. Ad verba: *placuit enim Prudentibus*, vid. Otton. *in Papinian. Cap.* 10. §. 6. *p.* 285.

§. 1.

Ut tamen actiones praestentur, etc.] Ex stipulatu de duplo. Cujac, *ad Lib.* XXVII. *Papin. Quaest. in expl, h. l.*

Finge, non manumisisse etc.] Id si factum, dabitur tantum emti actio ad pretium. Vid. *L.* 8. §. 5. *h. t.* et Cujac. *d. loc.*

L. LV.

Non furti,] Facit huc *L.* 67. *de furtis* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* I. *Papinian. Respons. in expl. h. l.*

L. LVI.

Et propter aetatem ejus, qui petebat, obsignavit, etc.] Vid. *L.* 7. §. 2. *de minor.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* III. *Papinian. Respons. in expl, h. l.*

§. 2.

Cum igitur ad officium procuratoris pertinuerit, etc.] Facit huc *L.* 31. *h. t.* (1).

(1) Praecedit: *post annos quinque provincia reversus*, Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XVI. §. 2. geminata litera *e*, legit: *e provincia reversus.* Hal. inseruit *ex.* Vid. Geb. *h.*

§. 3.

Salarium incertae pollicitationis etc.] Hic non quaeritur de publicis procuratoribus, qui tunc erant incogniti; sed de illis, qui amicitiae caussa negotia suscipiunt. Huber. *Eun. Rom. p.* 614. (1).

(1) Sequitur: *ut salarium tibi constituat.* Scil. Judex procuratori. Vid. J. B. Koehler. *Interpr. et emend.* I. 4. *p.* 24. Pari modo Duk. *in not. ad h. l.* in Corp Jur. Geb. et Spang. Al. *constituatur.* Vid. Brencm. *ibid.* et sic quoque habere *Cod. Pand. Erlang.* testatur Gluck. *d. loc.* §. 955. *not.* 7. *p.* 288. *seq.*

L. LVII.

Sed venaliciarium etc.] Mangonem. *L.* 207. *de V. S.* Scil. qui et ipse aliquot ex iis servis emerat; sed, antequam usucapionem inplesset, quidam ex illis servis, vel omnes, ad pristinum dominum redierant, quos venaliciarius Publiciana actione repetit. Sed frustra, per *L. pen. de Public. in rem act.* (1). Sic Jac. Gothofred. *Animadv. Jur. Cap.* 11. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 293. *seqq.*] Minus bene Stek. *Vindic. anticrit. Cap.* 11. [in eod. Thes. *Tom.* I. *p.* 519. *seqq.*]

Publiciana actione non utiliter acturum,] *Rescissoriam* intelligunt alii, ut et Jan. a Costa, *ad* §. 3. *Inst. de action.* Sed obstant sequentia. D. Goth. *in not.* „*Non inutiliter. Augustin. Zoannet.* etc." (2). Nihil mutandum (3).

Neque oporteat eum, qui etc.] Add. *L. ult. de Public. in rem act.*

(1) Latius haec exposuit Schulting. *Thes. controv. Dec.* 19. §. 1. Aliter Cujac. *ad Lib.* X. *Papinian. Respons. in expl. h. l.* quem sequitur Pothier. *in not. ad h. l.* Dissertationem ad hanc Legem conscripsit Reinold. in ej. *Opusc. p.* 243. *seqq.* et late de ea quo-

que

que egerunt Jo. Gotfr. Sammet. *Opusc. p.* 137. *seqq.* Theod. Jo. Alex. Pagenstecher. *Spec. de Viol. emend. in Jur. Civ. non admitt. Cap.* 2. *Sect.* 2. *p.* 58. *seqq.* Puttman. *Probab.* I. 1. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. tit. de Publ. in rem action.* §. 598. *p.* 366. *seqq.* add. Idem, *ibid. tit. ex quib. causs. major.* §. 470. *b. p.* 42. *not.* 52.

(2) Etiam Cujac. *loc. modo cit.* et *Obs.* X. 6. item Graeci in Basilic. probante Brencm. *h.* Otton. *in Praef. Tom.* V. *Thes. Jur. p.* 22. et *in Papinian. Cap.* 17. §. 4. *p.* 688. *seq.* Jauch. *de Negat. Pand. p.* 248. *seq.* et *p.* 166.

(3) Vid. Schulting. *loc. modo cit.* Nihil quoque mutat Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 125.

L. LVIII.

Non etiam mandati actio solvitur,] Quae tamen olim non semper data. Vid. Auctor. *ad Herenn. Lib.* II. quod Jan. a Costa, *ad* §. 3. *Inst. h. t.* accipit de casu, quo non intererat mandantis.

§. 1.

Lucius Titius creditori etc.] Vid. Noodt. *de Pact. et Transact. Cap.* 21. et Leonin. *Emendat. V.* 15. (1).

Respondi, si praesens apud Praetorem ipsi quoque consensit,] Al. *consensisset* (2).

Pactus videtur etc.] *Videretur*, Leonin. *d. loc.* ex MS. (3).

Sicut pignus, aut privilegium,] Aliud est, an hoc detur de universa summa. Vid. ad *L.* 10. *pr. de pact.*

Nec desiderare *decretum Praetoris:*] Id est, recusare.

(1) Etiam Pothier. *in Pand. Justin. tit. de pact. num.* 90. *in not.* et Bynkersh. *Obs.* I. 5. Dissertationem ad hunc §. conscripsit Thom. Adr. van Adrichem. Lugd. Batav. 1786.

(2) Sic legitur in edit. Taurell. itemque Geb. et Spang.

(3) Etiam Hal. Vid. Geb. *h.*

L. LIX.

§. 1.

Ablato (1) *omni debito restituere cum fructibus* etc.] Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 9. *Error.* 3.

(1) D. Goth. *in not. Al. oblato.* Vid. Brencm. *h.* qui Florentinam praefert, probante Dukero, *ibid.* Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 126. perinde esse, ait, *ablato*, an *oblato* legas. De pugna inter hunc §. et *L.* 1. *Cod. eod.* egit Merill. *Obs.* VI. 2. add. Schulting. *in Enarr. tit. Pand. de dolo malo*, §. 9.

§. 3.

Unum (1) *ex mandatoribus in solidum eligi posse*,] Vid. Fab. *Cod. h. t. Def.* 17.

(1) Hal. *unumquemque mandatorum.* Vid. Geb. *h.*

§. 4.

Et an intersit, creditoris jure vendiderit, etc.] Sic interpungendum, monet Cujac. *Obs.* I. 14. (1).

Ex hoc responso apparet, etc.] Haec nota est studiosi cujusdam. Vid. Cujac. *ad Lib.* IV. *Paul. Respons. in expl. h. l.*

(1) Taurell. edidit: *et an intersit creditoris, jure vendiderit*, etc. et sic etiam hic locus interpungitur in edit. Geb. et Spang. Pro *jure promiserit*, Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XVI. §. 3. mavult: *jure repromiserit*, ope geminationis.

§. 5.

Quoad vixerit Blaesius Severus,] Haec verba ad usuras debent referri. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 516. quod non placet. Vid. Chesium, *Different. Jur. Cap.* 27. *num.* 10. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 697.] (1).

Man-

Mandati obligationem perpetuam esse,] Vid. Vinn. *Sel. Quaest.* II. 41.

(1) Sequitur: *postea saepe* conventus *mandator* etc. id est, admonitus extrajudicialiter. Noodt. *de Foenor. et Usur.* III. 9. *Saepe*: hoc facti est, non juris, Noodt. *d. loc.* add. Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de usur.* §. 15.

§. 6.

Si neque fidejussor, neque pignora accepta sint.] Idem esse in hypotheca, vult Salmas. *de Modo usurar. Cap.* 16. *p.* 497. *seq.* Recte.

L. LX.

Respondi, posse.] Add. *L. ult. Cod. de fidejussor.* (1).

(1) Et Cujac. *ad Lib.* I. *Scaevol. Responsor. in expl. h. l.*

§. 1.

Quam quod consultum vellet,] Ergo pietatis negotium gessit. *Sibi* deëst, quod habet Hal. Vid. D. Goth. *in not.* et Basilic. (1) *Consultum Semproniae vellet,* Huber. *Eun. Rom. p.* 618.

(1) Ita quoque omnes editos habere, notat Brencm. *h.* qui etiam putat, aliquid deësse. De locutione *literas facere* in initio h. §. vid. Bynk. *h.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. Pro *domu meae*, quod Flor. sequitur, legendum esse: *domui*, ut habent Hal. et omnes, et etiam MSS. observat Brencm. *h.* Vid. tamen *ibid.* Duk. Praeterea turbato ordine legi: *id me mea fide esse jussisse* etc. et scribendum: *id me mea fide iussisse, salvum te habiturum esse*, aut simili modo, notat Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 127. Apud Hal. τὸ *esse* abest. Vid. Geb. *h.* — Ad seq. §. 2. vid. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 8.

§. 3.

§. 3.

Vel tacito intellectu,] Ῥητῶς ἢ σιωπηρῶς, *expresse vel tacite*, Basilic. [*Tom.* II. *p.* 164.]

Ut onus exhibendae (1) *uxoris* etc.] Facit huc *L. pen. et ult. de in rem vers.*

(1) Id est, *alendae.* Vid. Brencm. *h.* add. Brisson. *de V. S.* in voc. *num.* 5. ibiq. Heinecc. et notata superius ad *L.* 1. §. 2. *de offic. Praef. urb.* et ad *L.* 34. *de neg. gest.*

§. 4.

Καὶ τῶν τοῦ πατρὸς υἱῶν (1)] Cujac. *ad Lib.* I. *Scaevol. Responsor. in expl. h. l.* intelligit patrui, qui instar patris est, liberos.

Εἴτε ὑποτίθεσθαι,] Pro ὑποτιθέναι, Salmas. *de Modo usur. Cap.* 12. *p.* 502. (2).

Sine aliqua concessionis inquisitione:] Absque hoc, ut aliquis mandatum exigat (3).

Si autem necessitas alicujus talis erit,] Si autem tale opus sit.

Sive pacisci,] Pignori obligare.

Sive quodcunque operari,] Facere.

Ut domino omnium meorum,] *Omnium* abest a Gr.

Me omnia firma esse a te facta existimante,] Me omnia a te acta rata habente. add. Huber. *Eun. Rom. p.* 619. qui paulo aliter.

Respondi, eum, de quo quaereretur, etc.] Alius casus est, si mandatarius, juxta mandatum re peracta, dolo postea egerit. Vid. ad hanc Legem Huber. *Eun. Rom. p.* 618. *seqq.* (4).

(1) Hal. ἀδελφῶν. Vid. Geb. *h.*
(2) Hal. ὑποθέσθαι. Vid. Geb. *ibid.*
(3) Vulgatam versionem Latinam hujus epistolae Graecae inelegantem et obscuram esse, notat Huber. *loc. cit.* qui aliam dedit, ut et Alciat. *Dispunct.* IV. 4.

(4)

(4) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 60. §. 7. et Noodt. *de Pact. et transact. Cap.* 27. circa fin.

L. LXI.

Sed et cum filio agendum est.] Vid. *L.* 12. §. 6. *h. t.* et ibi Glosf.

L. LXII. (1).

(1) De locutione *literis factis* vid. notata superius ad *L.* 60. §. 1. *h. t.* Ad verba: *neque stipulatio literas secuta est*, vid. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* II. 7. *in fin.* in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 168. et Hübert. *Diss.* II. *de Argentar. Vett. Cap.* 5. §. 2. in Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 99.

§. 1.

Peto, et mandabo *tibi*,] Lege: *mando* (1).

Et alias egisset, quam quod *ei mandatum esset*,] Fab. *Cod.* VIII. 6. *Def.* 3. *num.* 5. legit: *egisset id, quod ei* etc. Sed seqq. hoc respuunt. add. S. van Leeuwen, *in not. ad h. l.* (2).

(1) Est vitium typographicum. Pro *Gajo suo*, quod praecedit, Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XVI. §. 3. legit: *Gajo Sejo.*
(2) Apud Hal. et Vulg. *τὸ quod* abest. Vid. Brencm. *h.* quem etiam vid. *ibid.* de ultima voce *teneri*, quam Flor. non prorsus abesse monet, sed recenter adjectam.

TITULUS II.

PRO SOCIO.

L. I.

Vel sub conditione.] Fieri potest, ut Paulus hoc admiserit. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 623. Triboniano adscribit Leonin. *Emendat.* III. 5. (1).

(1)

(1) Etiam Wisfenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 3. *p.* 393 Sed, ut Huberus, Wybo, *Tribonian. defenf. Cap.* 3. *p.* 272. *feq.* add. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 6. §. 249. *p.* 452. et Duk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. Vid. et Gluck. *Ausf. Erlaut. der Pand. h. t.* §. 964. *p.* 393. Praecedit: *in perpetuum, id est, dum vivunt.* Addidisfe fortasfe JCtum pro ratione, quod *nulla focietatis in aeternum coitio est,* ut exftat in *L.* 70. *h. t.* in cujus infcriptione pro *Lib.* XXXIII. forte legendum *Lib.* XXXII. notat Noodt. *ad h. t. Pand.* Vf. *Ostendi, quid* etc. probante Gluck. *d. loc.* §. 964. *p.* 391. *not.* 66. Pari modo jam Cujac. *ad Lib.* XXXII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

L. II.

Quia, licet fpecialiter etc.] Vid. Noodt. *Probab.* II. 6. *in fin.* (1).

(1) Add. Idem, *ad h. t. Pand.* Vf. *Ostendi, focietatem* etc. Schulting. *Thef. Controv. Dec.* 62. §. 1. et *ad Caj. Inftit.* II. 9. §. 16. *not.* 93. in *Jurispr. Antejuft. p.* 169. Aliter Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* quem laudat Gluck. *d. loc.* §. 963. *p.* 382. *not.* 46.

L. III.

Sed actiones invicem praeftare debent.] Utiles tamen et absque cesfione hodie competunt. Vid. Sand. *de Action. cesfion. Cap.* 8. *num.* 9. *feqq.* (1).

(1) Ad feq. §. 1. vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vf. *Altera fpecies* etc.

§. 2.

Si ita focietas,] *Sit ita coita focietas,* legit Beft. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 1. *p.* 27. (1).

Ad legitimam hereditatem tantum *hoc pertinere.*] Non obftat, *L.* 130. *de V. S.* nam Lex illa tantum ait, hereditatem *teftamentariam* non improprie dici lege obvenire: hic

hic vero aliud vult contrahentium mens, et proprietas verbi (2).

(1) Flor. recentior manus adjecit: *coita sit.* et mox: *quaeritur, quae sit justa hereditas.* Vid. Brencm. *h.* qui addit, in omnibus editis et scriptis, quorum hic sex consuluit, se invenisse: *si ita coita societas sit.* Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 19. *p.* 113. ope geminationis legit: *si sit ita societas,* Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 6. *p.* 230. *si inita societas.* Pari modo Jo. Cannegiet. *Disq. de Notis,* §. 30. *p.* 314. Nihil mutat van Dorp, *Obs. Cap.* 1. *p.* 6. Vid. et Waechtler. *Opusc. p.* 451. *et p.* 483. Valde duram tamen hanc orationem esse, ait Duk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. qui reponit: *si sit coita societas.* De re ipsa vid. Cujac. *ad Lib.* XXXII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* add. Caes. Costa, *Var. ambig. Jur.* II. 19. in Thes. Otton. *Tom* IV. *p.* 1227. *seq.* Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Sed redeo* etc. quem etiam vid. de seq. §. 3. in *Tract. de Forma emend. dol. mal. Cap.* 7. circa fin.

(2) Add. Gluck. *d. loc.* §. 962. *p.* 377. *not.* 38.

L. IV.

Societatem coire etc.] Et multo magis post mortem sociorum reassumere. Maynard. *Decis. Tholos.* II. 71.

Et re,] Vid. *L.* 2. *de pact.* (1).

(1) Add. Gluck. *d. loc.* §. 964. *p.* 389. *not.* 59.

§. 1.

Dissociamur etc.] Vid. Nonius, voc. *nefantia* (1).

(1) Add. Wouwer. *ad Petron. Satyric. Cap.* 10. *p.* 41. ed. Burman.

L. V.

§. 2.

Donationis causa etc.] Vid. *L.* 16. §. 1. *de minor.*

L. 32.

L. 32. §. 24. *de donat. int. vir. et uxor.* At donationem valere, vult quoque Herald. *Obs. et Emend. Cap.* 21. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1334] (1) quod tamen quomodo fieri posſit, non video: et quomodo hinc agetur?

(1) Quocum facit Gluck. *d. loc.* §. 965. *p.* 403. *seq.* qui etiam alios laudat.

L. VI.

Ad boni viri arbitrium etc.] Vid. Cujac. *ad L.* 43. *de V. O.* (1).

(1) Sequitur: *veluti si alter plus operae, industriae, pecuniae* etc. ita Flor. Vulg. habet: *alter plus operae, vel industriae, alter pecuniae* etc. Hal. *alter plus operae et industriae, alter plus pecuniae* etc. Vid. Brencm. *h.* Florentinam praefert Nic. Catharin. *Obs et Conj.* III. 35. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 788. quoniam confirmatur auctoritate Basilic.

L. VII.

Ulpianus Lib. XXX. ad Sabinum.] Junge *L.* 9. *h. t.* (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Sed Ulpianus* etc. Pro *coiri* Hal. habet *coire*, sed praeter rem. Vid. Duk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. — In seq. *L.* 8. *ex opera cujus* dici pro *cujusque*, notat Auctor, *Obs. Jur. Civ. Cap. ult. p.* 138. *Cujusque* tamen legi mavult Brencm. *h.* ex correctione Codicis Florentini, licet recentisſima.

L. IX.

Ulpianus Lib. XXX. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 7. *h. t.*
Hereditatem — donationes] Quod tamen in communione acquaestuum Statutaria aliter se habebit, quae ab hac differt. Vid. *Cons. JCtor. Batav. Part.* V. *Cons.* 76. (1).
Sed

Sed ob meritum aliquod etc.] Vid. Quinctil. *Declam.* 325. (a). — Junge *L.* 11. *h. t.*

(1) Sed vid. Clar. van der Keessel, *Thes. Sel. Jur. Holl. et Zel. Thes.* 252.

(2) Add. de Retes, *Opuscul.* VIII. 20. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 404. *seq.* et Pothier. *in not. ad h. l.* — In seq. *L.* 10. pro *vel a liberto* etiam nunc Flor. legi: *vel alia liberto*, testatur Brencm. *h.* qui tamen *a liberto* probat, et malam repetitionem esse litterarum *ali*, observat Geb. *ibid.* Porro pro *quasi debitum nobis hereditas* etc. Hal. habet: *quasi debita.* Vid. Geb. *h.* Hoc ipsum de liberis dicere Plutarch. *de Amor. Prol.* in fin., notat Bynk. *ibid.*

L. XI.

Ulpianus Lib. XXX. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 9. *h. t.*

Et ita de hereditate etc.] Add. *L.* 45. §. 2. *de adq. vel omitt. hered.*

L. XIV.

Nec tenebitur pro socio, qui ideo renunciavit, quia conditio quaedam, etc.] *Conditio* forte sumitur pro *modo*.

Et damnosus socius sit,] Qualis describitur *L.* 1. *de curator. furios.* etsi non eo semper gradu (1). — Junge *L.* 16. *h. t.*

(1) Add. Nic. Catharin. *Obs.* I. 5. in Thes. Ottoni *Tom.* VI. *p.* 773.

L. XVI.

Ulpianus Lib. XXX. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 14. *h. t.* (1).

(1) Nonnulla ad *h. l. pr.* notavit Jens. *Strict. ad Pand. p.* 128.

§. 1.

Qui igitur paciscitur, ne dividat, etc.] D. Goth. *in not. ne dividatur. Hal.* Basil. μὴ διαιρεθῆναι [*Tom.* II. *p.* 4.] (1).

Sed exceptionem adversus emtorem etc.] Vid. *L.* 14. §. 3. *comm. divid.*

(1) Sequitur: *et sane potest dici* etc. Pro *et* in aliis editt. Goth. item Charond. legitur *ed*; *ed* autem scriptum pro *sed*, observat Guil. Forner. *Selection.* III. 30. in Thes. Otton *Tom.* II. *p.* 121. Vid. et D. Goth. *in not.* et Charond. in margine. Verum in edit. Taurell. nec non Geb. et Spang. legitur: *sed sane* etc. nulla nota adjecta.

L. XVII.

Sed et socius, qui alienaverit, contra pactionem accipit, committit, etc.] *Qui alienaverit contra pactionem, accipit.* Nerius, *Analect.* I. 10. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 339.] et *accipit* sumit pro *circumscribit*: quod non placet. D. Goth. *in not. contra pactionem committit. Hal.* (1). Rectius, et sic edit. Paris. 1549. et Basilic.

(1) Adeoque Hal. τὸ *accipit* omittit. Vid. Geb. *h.* Nic. Cathatin. *Obs. et Conj.* IV. 15. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 793. expungit *accipit*, et *committit*, legens: *qui alienaverit contra pactionem*, *tenetur* etc. Pari modo Jens. *Strictur. ad Pand. p.* 129. Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 26. §. 2. *p.* 129. post *alienaverit* excidisse putat *et*, aut subintelligendum *si*. J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* I. 12. §. 2. expungendum ait τὸ *accipit*, quod nec Basil. habent, et *alienaverit* jungendum eum *contra pactionem*, aut, si *accipit* retineas, legendum: *et accipit*, scil. pecuniam pro re vendita. — Ad seq. §. 1. vid. De Ajala, *Comm. in L. ult. Cod. de aleator.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1057. alios etiam citat Gluck. *d. loc.* §. 971. *p.* 471. *not.* 63.

§. 2.

§. 2.

Nihil attinet de renunciatione cavere eundem,] *Eundem* rectius abesset (1).

(1) Abest apud Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

L. XIX.

Qui admittitur socius, etc.] Facit huc Fab. *Cod. h. t. Def.* 2. (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Ostendi* etc. — In seq. *L.* 21. pro *nos ei cum eo* etc. M. Roever. *Diss. ad Loc. quaed. Jur. Civ. deprav. Cap.* 5. in Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 156. legit: *nos enim cum eo* etc. Abest τὸ *ei* a quinque Codicibus, quos inspexit Brencman. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. ubi Duker. monet, videndum, an huc conferri possit observatio Criticorum, librarios nonnunquam duas lectiones conjunxisse, ut forte alterum horum sit ex varia lectione.

L. XXIII. (1).

(1) *Quia difficile est negare*, etc. *Difficile esse* negare Ulpianum modeste dicere, quod non vult negari, observat Noodt. *de Forma emend. dol. mal. Cap.* 12.

§. 1.

Et ait, compensandum:] Ut in *L.* 11. *de neg. gest.* Sed ibi non praeiverat contractus, ut hic: quod tamen infirmum. Huber. *Eun. Rom. p.* 623. *seqq.* distinguit, an negotium sit idem et unum, ut ibi compensatio obtineat, non, si diversum: de quo dubito, et forte Pomponius revera per omnia dissensit.

Quod non est verum:] D. Goth. *in not.* *Imo est. L.* 6. *de compensat.* Sed agit haec Lex de alia re.

Nam et Marcellus etc.] Vid. *L.* 26. *h. t.*

Nec posse dici socio, etc.] Facit huc *L.* 25. *h. t.*

Si damnum petis.] Scil. praestari. Bynkersh. *Obs.* IV. 25. legit: *si damnum metuis.* quod non placet (1). ἀπαιτεῖν, Basilic. Schol.

(1) D. Goth. *in not.* „ *Al. non petis.*" Vid. Brencm. *h.* qui detracto *si* legit: *accessit damnum petis.* Vulgatam lectionem defendit Marckart. *Prob. rec. lect. Jur. Civ. Part.* I. *p.* 89. *seq.* Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 4. §. 2. *p.* 391. *seq.* Gluck. *d. loc.* §. 968. *p.* 439. *not.* 68. Malam e Graeco παραιτεῖς versionem esse, somniat Jens. *Strict. ad Pand. in Append. p.* 657.

L. XXV.

Quod in plerisque aliis industria ejus societas aucta fuisset:] *Societati profuisset* (1) legit Nic. Catharin. *Obs.* I. 2. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 485.] Facit huc *L.* 23. §. 1. *h. t.*

(1) Scil. Flor. legitur: *societas fuisset*, sed *aucta* inserunt Hal. et Vulg. et etiam Flor. ad marginem ita suppletum, licet manu recentissima. Vid. Brencm. *h.* eamque lectionem probat Marckart. *Prob. rec. lect. Jur. Civ. Part.* I. *p.* 176. *seq.* ubi Catharinum refutavit. Vid. et Gluck. *d. loc.* §. 968. *p.* 439. *not.* 69. Aliter Auctor, *Obs. Jur. Civ. Cap.* 19. qui, ope geminationis, legit: *industria ejus usa societas fuisset.* Aliter rursus Puttman. *Obs. et Interpr. Cap.* 8. §. 4. et *Probab.* II. 9. §. 4. *p.* 63. *seq.* et H. J. Arntzen. *Miscellan. Cap.* 15. *p.* 157.

L. XXVI.

Ut Marcellus etc.] Vid. *L.* 23. §. 1. *h. t.*

L. XXVII.

Cautiones interponendae sunt.] Vid. *L.* 16. *comm. divid.* (1).

(1) Ad seq. *L.* 28. vid. Cujac. *ad Lib.* LX. *Paul. ad Edict.*

L. XXIX.

L. XXIX.

Si non fuerint partes societati adjectae, aequas *eas esse constat.*] Id est, *viriles*. Connan. *Comm. Jur. Civ.* VII. 19. Haec enim hujus vocis vis est. Vid. §. 6. *Inst. de hered. instit. L.* 23. *ad SCtum Trebell.* et ita passim in hac materia. Vid. *L.* 6. *et* 80. *h. t.* Facit huc *L.* 1. *in fin. de bon. libert. L.* 5. §. 2. *de solution.* Alludit Senec. *Epistol.* 65. *in fin.* Ratio est, quia socii amici sunt, et fratrum instar. *L.* 63. *pr. h. t.* hos autem pares esse convenit, vel tales fieri. Lactant. *Divin. Instit.* V. 15. Idem de amicitia P. Syrus, *amicitia pares aut accipit, aut facit.* add. Cicer. *de Legib.* I. 12. Idem arguunt sequentia, quae, ut sit inaequalitas, duo requirunt, 1°. pactum, 2°. inaequalem collationem. add. Huber. *Eun. Rom. p.* 625. *seq.* (1). Aliter Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Satis, ut puto*, etc. (2).

Vel cujuscunque alterius rei caussa.] *Caussa* abest a Basil. (3) et rectius: certe donationis caussa adesse nequit. *L.* 5. §. *ult. h. t.* Flor. tamen adest.

(1) Et in *Prael. ad h. t. Instit.* §. 3. item Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 62. §. 7. et *ad Caj. Instit.* II. 9. §. 16. *not.* 98. in *Jurispr. Antejustin. p.* 171. Alios etiam laudat Gluck. *d. loc.* §. 966. *p.* 406. *not.* 1.

(2) Quem sequitur Puttman. *Probab.* II. 3. *p.* 32. *seq.* et quos plures citat Gluck. *d. loc. p.* 406. *not.* 100. qui ipse *d.* §. 966. *p.* 404. *seqq.* late de hac quaestione egit. H. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* III. 19. pro *placet valere: si modo* etc. legit: *placet valere: valet et, si modo* etc. et pro *aliquid* rectius reponi *aliquis*, monet. Vinnius, *ad* §. 1. *Inst. h. t.* distinguit inter societatem *universalem* et *particularem*; sed non probat.

(3) Etiam abest apud Hal. Vid. Geb. *h.* Imo Catharin. *Obs. et Conj.* III. 35. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 788. totam hanc periodum eliminat; sed vid. H. Cannegiet. *loc. modo cit.*

§. 1.

Plerumque enim tanta est industria socii, etc.] Vid. *L.* 5. §. 1. *h. t.*

Item (1) *si solus naviget*, etc.] Vid. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* II. *Const.* 30. *Def.* 39. et Covarruv. *Variar. Resolut.* III. 2. *num.* 3.

Periculo] D. Goth. *in not.* „ *Al. pericula* (2)." *Periculum* Salmas. *ad Jus Attic. Cap.* 5. *p.* 175. Contra, Reinold. *Variar. Cap.* 10. [in ej. *Opusc. p.* 102.] (3).

(1) Baudoz. *id est*, et sic quoque Cod. Erlang. Vid. Gluck. *d. loc.* §. 966. *p.* 413. *not.* 9.

(2) Ita Taurell. in margine, et ita factum Flor. subantique. Vid. Brencm. *h.*

(3) Add. J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* I. 5. §. 12. *p.* 54. *seq.* et Gluck. *loc. modo cit. not.* 10.

§. 2.

Societatem talem coiri non posse, etc.] Idem statuunt de casu, quo quis stipulatur semper salvam sortem et lucra. Vid. Cyriac. *Controvers.* 357. *num.* 14. *seqq.*

Et hanc societatem leoninam *solitum appellare:*] Vid. D. Goth. *in not.* Aesopi Fabulam Latinis versibus inclusit Scip. Gentil. *Parerg.* II. 24. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1342.] Elegantius Phaedrus, *Lib.* I. *Fab.* 5. (1).

(1) Dubitat tamen Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XVI. §. 4. an quidem haec Aesopi Fabula proverbio Cassiano occasionem dederit, et an non pro *Leoninam* potius legendum sit *Teoninam*, vel *Theoninam:* agnoscit tamen, etiam Basilic. λεωνίνην habere. add. Gluck. *d. loc.* §. 966. *p.* 414. *seqq. not.* 14. Sequitur: *iniquissimum enim genus societatis est*, *ex qua quis damnum* etc. Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 6. *p.* 231. transpositis verbis, legit: *lucrum, non etiam damnum* etc. Sed vid. Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 13. §. 6. *p.* 425. Van Dorp, *Obs. Cap.* 5. *p.* 41. J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* I. 5. *p.* 55.

p. 55. seq. add. de hac ratione, quae nonnullis suspecta est, P. J. de Fremery, Spec. de Ration. Vett. JCtor. Cap. 2. §. 4. p. 57. Pro spectet Baudoz, legit exspectet. Cod. Erlang. sentiat. Vid. Gluck. d. loc. §. 966. p. 416, not. 15, Sed Florentina recta. Vid. Koehler, loc cit,

L. XXX.

Servius in notatis Mucii *ait*,] *Reprehensis Scaevolae Capitibus*, Gellius, *Noct. Attic.* IV. 1.

Nec posse societatem ita contrahi: etc.] Scil. ne de facto quidem. Sed ego puto, in priore hac nota, qua Mucius, ut imprudenter locutus, carpitur, Servium inique Mucium reprehendere; nec enim is ignorare potuit, lucrum non esse, nisi deducto damno, et contra; sed vulgari modo locutus est, quomodo plures loquuntur. Vid. *L. praec.* §. 1. *et* 2. In altero recte recedit a Q. Mucio. Huber. *Eun. Rom.* *p.* 628. *seq.* hoc conatur excusare, quasi diceret Servius: tu putas, non posse esse partem aliam lucri, aliam damni; hoc est verum tractu societatis; sed in exitu quidem (1).

Nisi omni damno deducto,] *Purum*, et *reliquum* Cicero vocat, *in Verr.* III. 86. Facit huc Idem, *Tuscul. Quaest.* V. 30.

(1) Pluribus de hoc loco egit, atque etiam Huberi, aliorumque Interpretum sententias examinavit, Voorda, *Elector. Cap.* 2. *et* 3. qui ipse legit: *ait*, *nec male*, *posse societatem* etc. Paulo aliter H. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* I. 2. et *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. et Rom.* *p.* 228. qui pro *nec* legit *recte*. Aliter rursus Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 4. *p.* 388. *seqq.* Nihil mutant Puttman. *Interpr. et Emend. Cap.* 18. et J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* I. 5. §. 12. *p.* 52. *seqq.* rem tamen varie explicant. Late de hac Lege etiam egit Gluck. *d. loc.* §. 966. *p.* 418. *seqq.* Vid. et Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm.* *Tom.* I. *p.* 220. *seq.* et Otton. *in Vit. Serv. Sulpicii*,

cii, *Cap.* 7. §. *ult.* in Thes. Jur. *Tom.* V. *p.* 1607.

L. XXXI.

Ut puta cum non affectione societatis etc.] Quae voluntatem requirit. Cicer. *Pro Quint. Cap.* 16. *Quicum te aut voluntas congregasset, aut fortuna conjunxisset.* Facit huc Quinctil. *Declam.* 320. add. Cujac. *Obs.* X. 25.

Aut si hereditas, etc.] Haec communio a Cicer. *Pro Rosc. Amerin. Cap.* 18. societati comparatur. Sed vid. *ibid.* Menard. (1).

(1) Sequitur: *aut si a duobus separatim emimus partes eorum*, etc. Brencm. *h.* mavult: *emimus*, *participes eorum.* Sed refutat eum Duk. *ibid.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. — In seq. *L.* 32. *tractatu habito* esse *conventione habita*, Basil. ἀπὸ συναινέσεως, notat Brencm. *h.* Sequitur: *in re ipsa et negotio.* Vulg. *in re ipsa negotium.* Hal. in margine: *alias*, *res ipsa et negotium.* Vid. Brencm. *h.* qui, si quid mutandum sit, praepositionem *in* expungeret.

L. XXXIII.

Quod a societate longe remotum est:] Vid. Matth. *de Auctionib.* II. 8. *num.* 2. (1).

(1) Pro *in conductionibus publicorum*, in *pr.* Legis, Basil. habere *in publicis conductionibus*, notat Brencm. *h.* Basil. habent: ἐπὶ τῶν δημοσίων μισθώσεων. *Tom.* II. *p.* 7. et Gloss. Basil. *ibid.* *p.* 39. τῶν συντελεσμάτων, *vectigalium.* add. D. Goth. *in not.*

L. XXXIV.

Posse et *communi dividundo agi.*] Al. *posset*, vel *posset et* (1).

(1) *Posset et* Vulg. *Potest* Hal. Vid. Brencm. *h.* — In seq. *L.* 35. pro *parere* Al. habere *parare*, nota: D. Goth. licet in Corp. Jur. Geb. et Spang. hac de re ni-

nihil moneatur. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XVI. §. 5. Ulpianum forte scripsisse putat *pagere*, quoniam Graeci de *pacto* aliquid legisse videntur. Agnoscit tamen, utramque lectionem *parere*, aut *parare*, stare posse.

L. XXXVI.

Et acti etiam culpam, etc.] *Defuncti etiam culpam* legit Nic. Catharin. *Obs.* I. 25. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 491.] (1) ob Basilic. *Culpam.* Inde supplenda *L.* 40. *h. t.*

(1) Et subaudit ex praec. Lege: *praestat.* Sed τὸ *acti* defendit Marckart. *Probab. rec. lect. Jur. Civ. Part.* II. *p.* 139. *seq.* Sequitur: *licet socius non sit.* Τὸ *non* Taurell. parenthesi inclusit, indicio, Flor. abesse. Habet tamen Hal. et omnes Codices, quorum quinque inspexit Brencm. Probante etiam Jauch. *de Negation. Pand. p.* 70. *et p.* 115. Vid. Marckart. *d. loc.*

L. XXXVII.

Plane si hi, etc.] Vid. *L.* 52. §. 6. *h. t.*

L. XXXVIII.

Quod Sabinus in omnibus *bonae fidei judiciis existimavit*:] Exceptio est in *L.* 1. §. 2. *de usur.* (1).

(1) Praecedit: *in futuro.* Hal. *in futurum*, non improbante Brencm. *h.* modo comma subjungatur.

§. 1.

Et altera actione alteram tolli,] Quoad praestationes personales. Facit huc *L.* 43. *h. t.*

L. XL.

In quibus dolus *ejus admitti potest*,] Supple ex *L.* 36. et *L.* 65. §. 9. *h. t.* (1).

(1) In praecedentibus verbis pro *explicari* Graecos forte legisse *expleri*, notat Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XVI. §. 5. Agnoscit tamen, *explicari* vi sua *τὸ expleri* exprimere. Basil. habent: ὁ κληρονόμος — πληροῖ. add. Gluck. *d. loc.* §. 971. *p.* 474. *not.* 71.

L. XLI.

Si quis a socio poenam stipulatus sit, etc.] Vid. *L.* 28. *de action. emt. vend.* et *L. seq.* (1).

(1) Sequitur: *in poenam sit.* Hal. et Vulg. *in poena*, quod praefert Brencm. *h.*

L. XLII.

Quod si ex stipulatu etc.] Vid. *L.* 28. *de action. emt. vend.*

L. XLIII.

Et adjudicationem non admittit:] Sed id fit *communi dividundo* judicio (1).

(1) Praecedit: *et nominum rationem habet.* Per *nomina* Ulpianum indigitare *personales praestationes*, observat Vinnius, *Sel. Quaest.* l. 36. probante Noodtio, *ad h. t. Pand.* Vs. *Exposita indole* etc. Aliter Pothier. *in not. ad h. l.* et Gluck. *d. loc.* §. 969. *p.* 448.

L. XLIV.

Si animo contrahendae societatis etc.] Vid. *L.* 31. *h. t.* (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Vult igitur Praetor* etc. Pro *margarita vendenda* Vulg. habet *margaritam vendendam*, et mox *eam* pro *ea*. Vid. Brencm. *h.* Non opus. Vid. Brisson. *de V. S.* in voc.

L. XLV.

Rei communis nomine cum socio furti *agi potest*, etc.] Itaque ad poenam: in quo errat Schol. Basilic.

L. L.

Quia utraque actio ad rei persecutionem respicit,] A parte actoris regulariter verum, non a parte rei. *L.* 23. §. 8. *ad L. Aquil.* (1).

(1) Ad quam vid. notata.

L. LI.

Si per fallaciam, et dolo malo amovit:] Cicer. *Pro Quintio*, *Cap.* 3. *Itaque hercule haud mediocriter de communi, quidquid poterat, ad se in privatam domum sevocabat.*

Et sane plerumque credendum est, etc.] Vid. D. Goth. *in not. ad seq.* §. 1. (1).

(1) Sequitur: *jure potius suo re uti.* Ubi Flor. τὸ re tenuiter deletum est, dubium tamen, an antique; sed inde factum, ut absit apud Hal. et Vulg. MSS. variant. Vid. Brencm. *h.*

§. 1.

Favia teneri.] *Tenetur*, edit. Paris. a 1549. (1).

(1) Nihil hac de re monetur in Corp. Jur. Geb. et Spang. Pothier. edidit; *Fabia.* Vulg. Flavia. Vid. Brencm. *h.*

L. LII.

Si vero id actum est, ut quasi commune negotium etc.] Vid. *L.* 65. §. 4. *h. t.*

§. 2.

§. 2.

[*Utrum ergo tantum dolum, an etiam culpam praestare socium oporteat, quaeritur?*] Sententia negans est apud Quinctil. *Declam.* 320.

Veluti cum pecus in commune pascendum, aut agrum politori damus etc.] Vid. Os. Aurel. *Dispunct.* 24. [in Thes. Otton, *Tom.* III. *p.* 757.] (1).

Politori] D. Goth. *in not.* „ *Pollicitori* (2) Hal. Budaeus *licitatori:* reprehensi ab Ant. Augustin. *Emend.* IV. 9." [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1539.] Bynkersh. *Obs.* III. 9. legit *olitori*: quod non probo (3).

Pretium enim operae artis est velamentum.] Id est, pretium compensat operam, quam alter confert. Charond. *h.* Leonin. *Emendat.* III. 5. non bene exponit *velamentum.* Vid. et Petr. Avellan. *Restitut. Cap.* 24. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 473.] (4). Huber. *Eun. Rom. p.* 631. legit; *quia pretium operae, artis est* etc. *Velamentum.* Vid. Non. Marcell. voc. *hostimentum*, et voc. *examussim.*

(1) Add. Merill. *Variant. ex Cujac.* I. 24. et Grangian. *Paradox. Jur. Civ. Cap.* 18. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 624.

(2) Novem MSS. habere Vulgatam *pollicitatori*, testatur Brencm. *h.* Florentinam *politori*, praeter Augustin. *loc. cit.*, etiam tuentur Huber. *Eun. Rom. p.* 631. Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Altera* etc. Pothier. *in not. ad h. l.* Interpp. *ad Caton. de Re Rustic. Cap.* 136. Edit. Gesner. *Tom.* I. *p.* 98. Puttman. *Interpr. et Obs. Cap.* 28. §. 2. *p.* 136. qui notat, optime huic loco convenire verbum *politori*, eleganter docuisse Chr. Guil. Küstner. *in Chrestom. Jur. Enn. p.* 38.

(3) Probat tamen Heinecc. *ad Brisson. de V. S.* voc. *politor.* Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 6. *p.* 231. Jo. Cannegiet. *Disq. de Not.* §. 14. *p.* 307. qui tamen, ne litera pereat, legit: *p.* vel *p. c. olitori*, id est, *pacto convento olitori.*

(4)

1) Qui legit *aequamentum*, add. D. Goth. *in not.* et vid. Otton. *in Praef.* *Tom.* I. *Thes. jur.* *p.* 44. qui *velamentum* retinet, et exponit, *pretium operae velat artem*. Schulting. ad Quinctil. *Declam.* 12. *p.* 252. ed. Burm. legit *levamentum*, et sic quoque Cujac. *ad* §. 2. *Instit. de societat.* qui *operae artis* per ἀσύνδετον Celsum dixisse censet pro *operae artisve*. Hal. habet: *operae et artis*. Vid. D. Goth. *in not.* *Levamentum* etiam legit Vinn. *ad d.* §. 2. *Instit.* et Eckhard. *in Herm.* *Jur.* I. 3. §. 103. *p.* 163. *Velamentum* in novem Codicibus constanter se invenisse, testatur Brencm. *h.* ipse tamen quoque *levamentum* praefert, ut et Pothier. *in not. ad h. l.* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XVI. §. 6. *Pretium enim operae partis est velamentum*, et in seqq. pro *quod si rei communi socius* etc. ope geminationis, legit: *quod si rei communi is socius* etc. Etiam Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* pro *artis* reponit *partis*. Nic. Catharin. *Obs.* II. 9. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 779. *operae artisve supplementum*. Waechtler. coniiciebat: *emolumentum*. Vid. Trotz. *in Praef. ad Waechtler. Opusc. p.* 57. H. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* I. 19. *p.* 123. *pretium enim operae aut artis emolumentum*. Nihil mutat Puttman. *Interpr. et Obs. Cap.* 28. *p.* 137. et rem ita exponit: *pretium*, scil. rei, quam alter confert socius, *operae artisve velamentum*, seu pensatio, *est*. Egit de hoc §. etiam Gluck. *d. loc.* §. 965. *p.* 396. *not.* 80. et novissime Bilderdyk. *Obs. et emend.* II, 6, *p.* 58. *seqq.*

§. 3.

Damna, quae imprudentibus *accidunt*, etc] Id est, *[i]scii*, *ignaris* (1). Vid. Averan. *Interpr. Jur.* II. 26. [N]oodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Altera praestationum* etc. ex[po]nit: *providere non valentibus*, aut, *valde prudenti[bu]s* (2).

[1]) *Nihil tale opinantibus*, *et praeter spem et cogitationem*. Sic etiam Brisson. *de V. S.* in voc. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 4. §. 140. *p.* 245. et ab eo laudat.

Laur. Andr. Hamberger. *Opusc.* p. 101. *seq.* item H. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. et Rom.* p. 57. J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* I. 5. §. 11. p. 50. *seq.* *Ex improviso*, Pothier. *in not. ad h. l.*

(2) Posteriore hoc modo τὸ *imprudentibus* jam exposuit Accursius. add. Arntzen. *Spec. Obs. post Sedul. carmen Paschal. Cap.* 6. *p.* 35. Wasse, *ad Sallust. de Bell. Catilin. p.* 26. Van Hoven, *in Otiis litter. ad Isal. p.* 67. *Prudentibus* exponit quoque Regius *Enantioφ.* II. 20. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1507. *Prudentibus* reponit Hotoman. *Obs.* IV. 16. Bynkersh. *Obs.* II. 10. legit: *in prudentibus.* Van de Water, *Obs.* I. 6. exaratum olim fuisse suspicatur *em prudentibus*, et *em* pro *etiam* per compendium scriptum. Sed vid. van Dorp, *Diss. ad loc. quaed. Juris, et alia obs. Cap.* 1. in Thes. Diss. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 34. *seq.* et Idem, *Obs. Cap.* 11. *p.* 99. et Marckart. *Probab. rec. lect. Jur. Civ. Part.* II. *p.* 89. *seqq.* add. Puttman. *Interpr. Cap.* 29. *p.* 140. et Gluck. *Ausf. erl. der Pand. tit. de pactis*, §. 321. *p.* 323. *in not.* An *in prudentibus quidquam accidere* ullibi dixerit Ulpianus, dubitat quoque Waechtler. *in Opusc. p.* 567. Ex octo Codicibus, quos consuluit, quinque habere *inprudentibus*, unum *in prudentibus*, et duos reliquos, ut Flor. *imprudentibus*, testatur Brencm. *h.* Late hujus §. sententiam exposuit Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 129. *seqq.* add. Idem, *ibid. in Append. p.* 658.

§. 4.

„*Ita damnum quoque commune esse oportet, quod non culpa socii contingit.*] Conf. Quinctil. *Declam.* 320. (1).

(1) Add. Gluck. *d. loc.* §. 965. *p.* 400. *seq.* Quid sit *salgaria negotiatio*, docet Land. *Exercitat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1415. *seq.* add. Fopp. ab Aesema, *Diss. Jur. Civ.* II. 7. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 825. et Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Sed redeo* etc.

§. 6.

§. 6.

Si fratres parentium (1) *indivisas hereditates ideo retinuerunt*, etc.] Vid. *L.* 37. *h. t.*

Quod aliunde quaesierint, in commune non redigetur.] Vid. *L. praec.*

(1) Vid. notata superius ad *L.* 10. *de postuland.* add. de hoc §. Cujac. *ad Lib.* III. *Papin. Responsor.*

§. 7.

Erit pro socio actio.] Vid. §. 2. *h. l.* (1).

(1) Add. et de hoc §. Cujac. *loc. modo cit.* Pro *Vellicum Asianum* Flor., *V* non ita recenter in *B* mutata, legitur *Bellicum Asianum*, quod praefert Brencm. *h.* Sed *Vellicum* retinet Noodt. *de Form. emend. dol. mal. Cap.* 9. putans, sic etiam legendum in *L.* 13. §. 5. *de action. emt. vend.* — In seq. §. 8. apertum vestigium exstare *peculii castrensis*, et *quasi castrensis*, censet Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 9. *not.* 27. in *Jurispr. Antejust. p.* 470. Sed vid. Ampl. Jo. Valckenaer. *Diss. de Peculio quasi castr. Vett. JCtis incognit. Cap.* 4. *p.* 34. *seq.* Lugd. Batav. 1780.

§. 9.

Societatem non posse ultra mortem porrigi:] D. Goth. *in not.* „ *Imo potest. L.* 65. §. 9. *h. t.* " Non obstat.

Et ideo (1) *nec libertatem* etc.] Ut si convenerit, ut superstes alteri sit heres, et propioribus praeferatur cognatis. Schol. Basilic.

(1) *Ideo quia* legendum censet Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 10.

Idem respondit: etc.] Immerito in hunc §. invehitur Autumnus. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 631. *seq.*

Cum certis usuris] Al. *centesimis.* Vid. D. Goth. *in not.*

not. (1) probante Noodt. *de Foenor. et Usur.* II. 5. (2).

Oratio enim Divi Marci etc.] Quae differt ab Edicto Divi Hadriani, de quo *L.* 5. *Cod. de aedific. privat.* Vid. Merill. *Variant. ex Cujac.* II. 14. (3).

(1) Et Leunclav. *Notator.* II. 39. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1513.

(2) Add. Joh. de Back. *Diss. ad L.* 1. *in quib. causs. pign. etc. Cap.* 4. in Thes. Diss. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 101. et Pothier. *in not. ad h. l.* Sequitur: *Finge enim, malle eum magis* etc. De qua locutione *magis malle* vid. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 37. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1310. add. Duk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. Hal. habet: *finge enim hoc malle eum, suum non con,* *qui, quam* etc. Sed vid. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 70.

(3) Add. de Back. *loc. modo cit.* — Quid sit *cratitius paries* in seq. §. 13. docet ex Russard. Brencm. *h.* add. Heinecc. *ad Brisson. de V. S.* voc. *concratitius*, et Gluck. *d. loc.* §. 969. *p.* 447. *not.* 87. *Un mur mitoyen*, interpretatur Pothier. *in not. ad h. l.* — Sequitur in §. 15. *qui in eam pensi sunt* Ubi *pensi* dici pro *impensi* vel *expensi*; posse tamen fieri, ut *im* cum praecedente *am* confusnm sit, notat Brencm. *h.* *Impensi* mavult Duk. *ibid.* Forte *in* vel *im* omissum ob praecedentem literam *m.* Conf. notata superius ad *L.* 3. *pr. de servitut. praed. rustic.* Hal. et Vulg. habent: *in eam rem impensi sunt.* Tò *rem* agnoscunt quoque MSS. Vid. Brencm. *h.* — In seq. §. 16. post verba *nocitum sit* excidisse, vel ab ipso JCto omissa esse verba: *aliquid consecutus fuerit*, aut similia, notat Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 3. *p.* 26.

§. 18.

Si injuria Judicis damnatus sit, etc.] Atque adeo hoc casu sententia sub examen revocabitur, ut *L.* 60. *de cond. indeb.* (1).

Ipsum tantum damnum sentire debere;] Vid. Quinctil.

Declam. 320. Aliud responsum de communione bonorum inter Conjuges. *Cons. JCtor. Batav. Part.* I. *Cons.* 39.

(1) Ad quam vid. notata.

L. LIII.

Quod autem ex furto, etc.] Vid. *L.* 52. §. 17. *h. t.* *Societas sceleris*, *libidinis*, *audaciae*, Cicer. *Pro Sulla*, *Cap.* 5.

Plane, *si in medium* collata *sit*,] *Collatum* (1) ed. Paris. 1549. Al. *collata sint* (2). Ad hanc et seq. *L.* 54. et 55. vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 633. *seq.*

(1) Ita Vulg.
(2) Aliter Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 137. *seq.* qui Graeca verba non bene versa esse putat. add. Gluck. *hoc tit.* §. 1052. *p.* 390. *seq.* Sequitur: *tempus autem in hujusmodi re biennii debet observari.* Vid. notata superius ad *L.* 54. §. 1. *h. t.*

L. LVII.

Terram (1) *in eam aream amplius, quam* etc.] *Amplius*, id est, altius (2).

Fundamenta caementitia] D. Goth. *in not.* „*Quae ex quadrato lapide non erant, sed ex puro caemento.*" Id est, lapide caeso quidem, et polito, sed non quadrato. Vid. Salmas. *in Solin. Polyhist.* [*Tom.* I. *p.* 268.] His autem fundamentis non poterat humor nocere, sed his inaedificatum fuit alio lapide, et quidem procul dubio rudi. Facit huc Dio Cass. *Lib.* XXXIX. *p.* 118. Is autem facile hu-

more computruit. add. Bud. *ad h. l.* et Casaubon. *ad Sueton. in August. Cap.* 28.

Locatoris erant,] D. Goth. *in not.* „ Legendum *ferrent.*" Nihil mutandum.

Et ea terra adsiduis pluviis inundata,] Sic *L.* 13. *si servit. vindic.*

Humore praestituto] Id est, transmisso (3).

(1) D. Goth. *in not. vel sterquilinum.* Sic et Basil. Vid. Brencm. *h.* Praecedit: *aream injunctam.* Forte *in* male repetitum ex ultima litera vocis praecedentis. Vid. Duker. *ad Liv.* XXII. 20. §. 5. add. notata superius ad *L.* 2. §. 19. *de orig. Jur. not.* 1.

(2) Sic et Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. et probat Duker. *ibid.* quamvis auctoritatem hujus significationis desideret.

(3) Hal. et Vulg. *praestito*, omissa sequente voce *madefacto.* Budaeus *perstillato.* Vid. Brencm. *h.* Conjecturam Budaei probabilem censet Reiz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 376.

L. LVIII.

Insulam uno pretio etc.] Pro *mercede* (1).

(1) Sic et *pretium conductionis* in *L.* 28. §. 2. *h. t.* — In seq. §. 2. *in fin.* pro *in earum rerum refectionem eam pecuniam impendi* Flor. legi: *mearum rerum in effectionem se eam pecuniam impendi*, testatur Brencm. *h.* etiam Taurell. *in adnot.* qui tamen *refectionem eam pecuniam impendi* praefert. Brencm. nihil definit. Sed *effectionem* probat Nerius, *Analector.* II. 31. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 471. — *Terrae motus* in seq. *L.* 59. intelligendus est, qui *a soli vitio* proficiscitur. Vid. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 37. et Gluck. *d. loc.* §. 1055. *p.* 437. *not.* 11.

L. LX.

Ut non solum habitare conductor ex Calendis illis etc.] D. Goth. *in not.* „ *Kalendis Julliis. Hal.* " et Augustin.

stin. *Emendat.* IV. 14. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1547.] (1).

Itaque si ea domus ex Kalendis Januariis fulta] D. Goth. *in not.* „*Al. fracta. Al. rupta. Hal.*" et Augustin. *d. loc.* (2). Nihil mutandum, et commodus est sensus: domus enim fulta non est integra, nec habitari commode, vel ostendi potest, et sic Basil. [*Tom.* II. *p.* 437.] ὑπόρθωσιν ἔχων ὁ οἶκος, et Schol. Basil. [*ibid. p.* 482.] διὰ σαθρότητα ὑπορθώματα δέξηται.

In Kalendis Juniis] Nihil et hic mutandum (3). Basil. πέντε μῆνας, et Schol. Basil. ἀπὸ καλανδῶν Ἰανουαρίων μεχρὶ καλανδῶν Ἰουνίων. In hac Lege notabilis est Haloandri in emendando audacia.

Nec ostendere] ὑποδεῖξαι, Schol. Basilic.

Ex Kalendis Juliis] ἀπὸ καλανδῶν Ἰουλίων, Schol. Basil. (4).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Porro ait Praetor* etc. Vid. et Burman. *ad Petron. Satyric. Cap.* 38. *p.* 165. et *de Vectig. Pop. Rom. Cap.* 8. *p.* 105. Vulg. τὸ *illis* plane omittit. Vid. Brencm. *h.* qui addit, multa hic esse mendosa. Emendatione non opus, putat Gluck. *hoc tit.* §. 1051. *p.* 365. *not.* 42.

(2) Vocem *fulta* Taurellii esse, et Flor. legi *furta*, unde Augustin. *rupta*, Vulg. et Hal. *fracta*, notat Brencm. *h.* addens tamen, Taurellio Basil. favere. add. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XVII. §. 5. et Gluck. *d. loc. not.* 44. Pro *Januariis* Hal. substituit *Juliis*. Vid. Geb. *h.* Haloandrinam probat Pothier. *in not. ad h. l.*

(3) Hal. *usque in calendas Junias.* Vid. Brencm. *h.*

(4) Hal. *ex calendis Juniis.* Vid. Geb. *h.*

§. 2.

Vestimenta tua fullo perdidit:] Culpa scil. add. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* II. *Const.* 26. *Def.* 7. Vinn. *ad* §. 15. *Inst. de oblig. quae ex del.*

Et habes, unde petas,] Scil. condictione furtiva. Sichard. *ad* §. *item si fullo. Inst. de oblig. quae ex del.*

Agis

Agis *nihilominus ex locato cum fullone.*] Καλῶς λέγω, Basilic. [*Tom.* II. *p.* 437.]

§. 3.

Sed quoniam ex voluntate locatoris permutatum esset,] D. Goth. *in not.* „ *quaedam permutata essent. Hal.* " Frustra.

§. 4.

Renunciasti mihi ducentorum expensam excutere:] *Excedere* legit Charond. *h.* add. de hoc §. G Forner. *Selection.* III. 3. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 85. *seq.*]

§. 5.

Inspiciente *colono*,] *Insciente*, Cujac. *Not. Poster. ad* §. 3. *Inst. de oblig. quae ex del.* (1).

Et ut id faciat, colonum ex conducto cum domino acturum.] Non obstat *L.* 14. §. 2. *de furt.*

(1) Sic et van de Water, *Obs. Jur. Rom.* II. 7. *p.* 150. Sed nulla emendatione opus esse, putat Eckhard. *Herm. Jur.* I. 2. §. 52. *p.* 47. J. H. Boehmer. *Praef. ad Brisson. de V. S. p.* 33. H. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* II. 3. *p.* 153. Etiam Basilic. habent: δρῶντος τοῦ μισθωτοῦ, *Tom.* II. *p.* 438.

§. 6.

Locator horrei propositum habuit,] Προέγραψέ τις τῷ ὡρείῳ αὐτοῦ, Basil. (1).

Ac si propositum fuit, remissum videtur.] ὡς ἀπειπὼν τῷ προθέματι, Basil. [*Tom.* II. *p.* 438.] et Schol. Basil. ὥσπερ εἰ μηδὲν προετέθη τοῦτο πρόγραμμα, [*ibid. p.* 484.] (2).

(1) *Propositum non habuit* legit D. Goth. *in not.*
(2) *Quod propositum non fuit* legit Cujac. *ad Lib.* XIV. *Papinian. Quaest. in expl. L.* 15. §. 1. *de inoffic.*

testam. Apud Hal. *videtur* abest. Vid. Geb. *h.* et pro *proinde* in praecedentibus verbis Hal. et Vulg. habent *perinde.* Vid. Brencm. *h.* Vocem *videtur* abundare, monet quoque Pothier. *in not. ad h. l.* Nihil mutat Marckart. *Prob. rec. lect. Jur. Civ. Part.* II. *p.* 85. *seqq.* et H. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* II. 3. *p.* 150. *seq.* Cujacium quoque notat Jauch. *de Negation. Pand. p.* 173. et van de Water, *Obs. Jur. Rom.* II. 7. *p.* 149. *seq.* qui ait, locum hunc recte exposuisse Govean. *Lect. Var. Jur. Civ.* II. 23. Egit etiam de hoc §. Caes. Costa, *Var. ambig. Jur.* III. 15. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1255. Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. refutat D. Gothofredum, et vel Vulgatam sequitur, omissa voce *videtur*, vel legit: *perinde eum futurum tibi obligatum ac si propositum fuisset remissum? videtur.* Duk. *ibid. ac si, quod propositum fuit, remissum videatur.* — In seq. §. 7. pro *et in rem versum* restituendum: *et in rem verso*, notat Brencm. *h.*

§. 8.

Et secum iter faceret:] *Faceres*, Al. (1).

(1) In omnibus esse: *ut secum iter faceres et cum*, testatur Brencm. *h.* addens etiam legi posse: *ut tecum iter faceret. Tecum* etiam Reiz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 375.

L. LXI.

Colonus, cum lege locationis etc.] Vid. Sand. *Decision.* III. 6. *Def.* 5. *et ult.* (1).

(1) Sequitur: *nihilominus in fundum* etc. Apud Hal. *in fundum* abest. Vulg. *in fundo*, quod et Flor. factum, et mavult Brencm. *h.* Pro *annuis ager locari coeperat* Hal. et Vulg. habent: *annuis is ager* etc. Vid. Brencm. *h.* Possit τὸ *is* etiam repeti ex ultimis literis vocis praecedentis. Vid. Geb. *ibid.*

§. 1.

Respondit, secundum ea, quae proponerentur, posse.] Hic enim merces illicitae navi impositae fuerunt, et sic culpa domini intervenerat; atque adeo debetur vectura: aliud in casu *L.* 15. §. 6. *h. t.* add. Cujac. *Obs.* III. 1. (1) et Glosf. *ad d. L.* 15. §. 6. add. *Cons. JCtor. Batav. Part.* V. *Cons.* 9. — Idem erit, si culpa nautae navis perierit, tunc et conductores, qui eum imposuere, tenebuntur. Vid. *Consil. JCtor. Batav. Part.* V. *Cons.* 73.

(1) Qui in praecedentibus verbis pro *exigere navis possit* legit: *exigere nauta possit*, quod et notat D. Goth. Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 138. *τὸ navis* transponit, et collocat post *conductore*, vel post *locationem*. Etiam Hal. et Baudoz. habent: *secundum locationem navis exigere possit.* Pothier. *in not. ad h. l.* legit: *locator navis.* Aliter Jo. Cannegiet. *Disq. de Notis*, §. 10. *p.* 306. qui, geminata litera *p*, legit: *navis p.*, id est, praefectus, *possit.* — *Labes* in seq. *L.* 62. est hiatus vel discessio terrae. Vid. Gluck. *h. tit.* §. 1055. *p.* 437. *not.* 10.

TITULUS III.

DE AESTIMATORIA. (1).]

(1) Scil. *actione.* Noodt. *ad h. t. Pand.* Vulg. *actione* addit. Vid. Brencm. *h.*

L. 1.

Tollendae dubitationis gratia.] Sic *L.* 4. *de L. commissor.*

Dandam aestimatoriam praescriptis verbis actionem:] *Aestimatoriam* delet *Hotoman. Obs.* V. 16. Vid. D. Goth. in

in not. Non sine caussa (1). Tricatur in hoc verbo Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 83. *Error.* 9. Bachov. *ibid.* melius intelligit, sed debuit hoc verbum expungere.

Est enim negotium civile gestum,] Contractus nec nominatus. Sic et *L.* 58. *pr. de donat. int. vir. et uxor.*

Et quidem bona fide.] Vid. §. 28. *Inst. de action.*

(1) A mala manu esse, censet quoque Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 73. §. 1. Gluck. *hoc tit.* §. 1065. *p.* 63. *not.* 52. cum Accursio ita intelligit, *dandam esse praescriptis verbis actionem, quae in hoc casu aestimatoria appellatur.* Gul. Nic. van Zevenhoven, *Diss. de Dubia quarumd. Leg. lectione, Cap.* 1. Lugd. Batav. 1740. pro *aestimatoriam* legit: *existimarunt.*

§. 1.

Aestimatio autem periculum facit ejus, qui suscepit:] Obstat *L.* 17. §. 1. *de praescr. verb.* ubi vide (1).

Aut igitur ipsam rem etc.] Facit huc Plaut. *in Captiv.* II. 2. *Vs.* 90.

Verum, quaeso te, ut aestimatum hunc mihi des, quem mittam ad patrem,
Ut is homo redimatur illi.

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 4. §. 4. *not.* 10. *in Jurispr. antejustin. p.* 272. et in *Thes. Controv. Dec.* 73. §. 5. et Gluck. *hoc tit.* §. 1065. *p.* 70. *seq.* — In seq. *L.* 2. *actionem utilem* non intelligi, quae *directae* opponitur, sed *efficacem* et *validam*, notat Schulting. *d. Dec.* 73. §. 2. add. Gluck. *d. loc.* §. 1067. *p.* 74. *seq.*

TITULUS IV.

DE RERUM PERMUTATIONE. (1).

(1) De *permutatione* Dissertationem conscripsit Ryklof. Joh. Tiquet. Lugd. Batav. 1777. Plures, qui de hoc argumento egerunt, citantur in *Biblioth. Juridic. Lipenian.* ejusque *Supplem.* add. de Retes. *Opusc.* II. 1. *Cap.* 10. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 116. *seqq.* *Permutatio* an contractus hec nominatus *do ut des.* Gluck. *hoc tit.* §. 1070. *p.* 112. *seqq.*

L. I. (1).

Sicut aliud est vendere, etc.] Vid. ad hanc Legem Huber. *Eun. Rom. p.* 715. *seqq.* (2).

Itaque, si evicta res non sit, nihil debet.] D. Goth. *in not.* „ Imo, ut non sit evicta, tenetur. *L.* 30. *in fin. de action. emt.*" Sed ibi est dolus.

In permutatione vero, si utrumque (3) *pretium est*, etc.] Et huc magis inclinare Paulum, etsi verba sint obscuriora, post alios vult Bachov. *ad Treutl. Vol.* I. *Disp.* 30. *Thes.* 3. *Lit. D. p.* 1149. *seq.*

Si merx, neutrius:] Spectato eo, quod in venditione fit, non, quod in permutatione. Os. Aurel. *Dispunct.* 28. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 768.]

(1) In inscriptione pro *Lib.* XXXII. legendum *Lib.* XXXIII. notat Cujac. *ad Lib.* XXXII. *Paul. ad Edict. in fin.* et *ad Lib.* XXXIII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* add. Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 5. §. 175. *p.* 343. et Gluck. *hoc tit.* §. 1070. *p.* 117. *not.* 68. Etiam Noodt. *ad h. t. Pand.* jungendam hanc Legem monet cum *L.* 1. *de contrah. emt.* quamvis falso putet, utramque Legem ex *Lib.* XXXII. *Paul. ad Edict.* desumtam esse.

(2)

(2) Explicuit eam quoque Gluck. *loc. modo cit. p.* 117. *seqq.*

(3) Flor. *utrumque* subantique mutatum in *utrimque*, Vid. Brencm. *h.*

§. 2.

Permutatio autem ex re tradita etc.] Est, qui legat, *ex re utriusque tradita:* male. Vid. Gilb. Regium, *Enantioφ.* II. 10. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1501.] (1).

Initium obligationi praebet:] Ut adeo pessime nonnulli dicant, obligationem aliam nasci jure conventionis, aliam juxta perfectionem contractus. Vid. Vinn. *de Pactis*, *Cap.* 8. *num.* 13. add. *L.* 3. *Cod. h. t.*

(1) Vulg. inserit *utrimque.* Vid. Brencm. *h.* et sic Caes. Costa, *Var. ambig. Jur.* II. 24. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1231. Sed vid. Marckart. *Probab. rec. Lect. Jur. Civ. Part.* II. *p.* 26. *seq.* et Jo. Car. van Wachendorff. *Diss. de Pactis nudis*, *Cap.* 2. §. 7. in ej. *Triad. Diss. p.* 494. *seq.*

§. 3.

Ideoque Pedius ait, etc.] Haec verba post τὰ *in factum dandam actionem respondetur* collocata olim fuisse, putat Ant. Fab. *Conject.* [VI. 9. *num.* 17.]

Alienam rem dantem nullam (1) *contrahere permutationem.*] Ad hunc effectum, ut accipiens obligetur (2). Putant alii, sufficere rem tradi, quoquo modo in bonis sit. Merill. *Variant. ex Cujac.* I. 28. et *Obs.* II. 13. et V. 6. Sed eum refutavit Os. Aurel. *Dispunct.* 28. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 765. *seqq.*]

(1) Al. *ullam*, ut notat Charond. in margine: male. Vid. Forner. *Select.* III. 30. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 121.

(2) Add. Schulting. *Thes. Contrav. Dec.* 73. §. 9.

§. 4.

Non in hoc agemus, ut interest (1) *nostra* etc.] Negationem expungit Hotoman. *Obs.* III. 2. (2). Vid. D. Goth. *in not.* ibiq. S. van Leeuwen, qui accipit de casu, quo res aliena tradita est. Quo modo jam alii responderunt, ut Cujac. *Obs.* XXIII. 28. Huber. *loc. supra cit.* (3).

(1) Taurell. *in adnot.* *In P. ut res nostra*, eamque corruptionem ortam ex seqq. verbis; *ut res contra* etc. notat Brencm. *h.*

(2) Male. Vid. Jauch. *de Negation. Pand.* *p.* 203. *seq.* Minus bene etiam Gilb. Regius, *loc. supra cit.* qui *non* accipit sensu *non tantum*, uti quoque Accursius, quem etiam sequitur Jan. a Costa, *in Prael. ad Illustr. quosd. Tit. locaq. sel. Jur. p.* 14.

(3) Et *in Prael. ad h. t. Pand.* §. *ult.* add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 73. §. *ult.* B. Voorda, *in not. ad Prael. Jan. a Costa*, *d. loc.* Joh. Vollenhoven, *Diss. de suspect. tutor. et curat. Cap. ult.* §. *ult. in not.* in Nov. Thes. Jurid. G. Oelrichs, *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 257.

L. II.

Quoniam permutatio vicina *esset emtioni*,] Vid. *L.* 2. *Cod. h. t.* et *Nov. Valentin: de confirm. his, quae administr.* etc. [*Tit.* 10. *p.* 123. edit. Ritter.] *Emtioni.* Non *venditioni*, quia uterque vult adquirere. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 8. *Error.* 9.

Qui ex caussa daretur.] *Ex ea caussa*, Charond. in margine (1).

(1) Sic Hal. Vulg. inserit *permutationis*. Vid. Brencm. *h.*

TI-

TITULUS V.

DE PRAESCRIPTIS VERBIS, ET IN FACTUM ACTIONIBUS.

De praescriptis verbis,] Harmenopulus, *Epitom.* II. 2. *in fin.* vocat *actionem praescriptarum conventionum.* Unde dicta sit *actio praescriptis verbis*, Merill. *Variant. ex Cujac.* I. 29. et *Obs.* VIII. 16. (1). Os. Aurel. *Dispunct.* 29. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 768. *seq.*] cum Cujacio inde dictam vult, quod detur juxta verba conventionis. Hotoman. non *praescriptis*, sed *perscriptis verbis* legendum putat. Vid. D. Goth. *in not.* Freher. *Parerg.* I. 11. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 876.] praeferret *proscriptis.* D. Goth. *in not.* „Dicitur *incerti*, quia etc. *Civilis*, quia ad exemplum Civilium actionum comparata est.“ Scil. *nominatarum*, ut *L.* 5. §. 4. *et* 5. *h. t. L.* 13. §. 1. *eod. L.* 6. *de rescind. vend. L.* 5. §. 12. *commodat.* Vid. et Merill. *Variant. ex Cujac. d. loc.* et omnino, *Obs.* VIII. 15. et D'Avezan. *de Contractib. Lib. Prior. Cap.* 10. *et seq.* [in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 22. *seqq.*] Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. de locat. conduct.* et ad §. 1. *Inst. de obligation.* Aliter datur *actio in factum* (2). add. Freher. *Parerg.* II. 30. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 946. *seq.*] Bus. *Subtil.* II. 4. Dicitur quoque *utilis. L.* 6. *Cod. de transaction. L.* 3. *Cod. quae sub mod. L.* 1. *Cod. de pact. conv. tam sup. dot.* (3).

Et in factum actionibus (4).] Vid. Merill. *Variant. ex Cujac.* I. 30. et quo modo ab utilibus extraordinariis differant, *Obs.* VII. 26. nec non ab utilibus aliis, *Obs.* VIII. 24. ubi etiam dicit, quasdam actiones *in rem* esse *in factum.* Sed vid. et Os. Aurel. *Dispunct.* 30. ubi et do-

cet ordinem actionum (5). Quaenam harum *Civiles*, quaenam *Praetoriae*, Merill. *Obs.* III. 26.

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 74. §. 4. et Gluck. *hoc tit.* §. 1075. *p.* 158. *seq.*
(2) Conf. Schulting. *d. Dec.* 74. §. 5. et 10.
(3) Add. Schulting. *d.* §. 5. et Merill. *Obs.* IV. 29.
(4) Hal. *actione.* Vid. Geb. *h.* Vid. de his Meister. *Diss. de in factum actionib.* in ej. *Opusc. Select. Syll.* I. *Diss.* VII. add. Gluck. *hoc tit.* §. 1075. *p.* 152. *seqq.*
(5) Vid. et Schulting. *d. Dec.* 74. §. 10. Ad singulas hujus Tituli Leges commentatus est Cujacius, *Oper. Postum. Tom.* IV. *Part. Prior. p.* 861. *seqq.* De *contractibus nec nominatis*, et *actione praescriptis verbis* late quoque egit de Retes, *Opuscul.* II. 1. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 89. *seqq.* add. Gluck. *tit. de rer. permutat.* §. 1068. *p.* 76. *seqq.* ubi etiam alii laudantur.

L. I. (1).

(1) Explicuit hanc Legem quoque Cujac. *ad Lib.* VIII. *Papinian. Quaestion.* Pro *descendemus*, ut Flor. legitur, Hal. et omnes habere *descendamus*, testatur Brencm. *h.* add. notata superius ad *L.* 11. §. 3. *locat. conduct.*

§. 2.

In factum civilis subjicitur (1) *actio.*] Nempe post verba praescripta (2).

(1) Flor. *subicitur.* Vid. notata superius ad *L.* 2. *de Judic. L.* 1. *de reivind.*
(2) Add. Cujac. *ad Papinian. loc. cit.* Egit de hoc §. etiam Calder. *Var. Lection.* II. 10. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 619. — In seq. *L.* 4. pro *conditum est* Hal. et Vulg. habent: *inductum est.* Vid. Brencm. *h.* et Bynkersh. *ibid.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. notat, singularem locutionem esse, et legi mavult: *naturae enim rerum consonum est*, vel *naturae enim rerum conditio est.* Sed *conditum* rectum es-

esse, docet Burman. *ad Val. Flacc. Argonaut.* I. *vs.* 531. *p.* 101. Facit huc Quinctil. *Inst. Orat.* VIII. 2. *p.* 670, edit. Burman.

L. V. (1).

(1) Explicuit hanc Legem quoque Cujac. *ad Lib.* V. *Paul. Quaestion.* Vid. et Gulck. *tit. de permutat.* §. 1069. *p.* 82. *seqq.* Ad *pr*, vid. et Jan. a Costa, *in Prael. ad Illustr. quosd. Tit. locaq. sel. Jur.* *p.* 13. *seqq.*

§. 1.

Et siquidem pecuniam dem, ut rem accipiam, emtio et venditio est:] D. Goth. *in not.* „ *Imo non est venditio aut emtio, etc. L. ult. de condict. causs. dat. causs. non sec. Sed ibi dedi pecuniam, non ut pretium*, etc." et sic fere Hotoman. *ad Tit. de condict. causs. dat. causs. non sec. num.* 7. Vid. ad *d. L. ult.* (1).

Sin autem rem do, ut rem accipiam, etc.] In *L. ult. de condict. causs. dat. causs. non sec.* est data pecunia. Inde vero liquet, contractum nec nominatum *do ut des* non semper esse *permutationem*. Vid. Os. Aurel. *Dispunct.* 19. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 739.] (2).

Dubium non est, nasci civilem obligationem:] D. Goth. *in not.* „ *praescriptis verbis.*" Sic *L.* 7. §. 2. *de pactis*, et mox §. 2. *h. l.* et *L.* 15. *h. t.*

Sed ut damneris mihi, etc.] Si non impleas contractum, *L.* 9. *h. t.* (3).

Sed si scyphos tibi dedi, ut Stichum mihi dares, periculo meo Stichus erit:] D. Goth. *in not.* „ *Imo non erit. L. ult. de condict. causs. dat. causs. non sec.*" Vid. ad eam Legem. (4).

Ac tu duntaxat culpam praestare debes.] Eodem modo ut venditor. Vid. D'Avezan. *de Contractib. Lib. Prior. Cap.* 14. [in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 32.] (5).

(1) Add. Jan. a Costa, *Prael. ad Illustr. quaed. Tit. locaq. sel. Jur. p.* 17. *seq.*
(2) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 73. §. 7. Minus bene dissentit Grangian, *Paradox. Jur. Civ. Cap.* 65. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 648. add. notata superius ad *inscript. Tit. de rerum permutat.*
(3) Add. Jan. a Costa, *d. loc. p.* 18.
(4) Add. Jan. a Costa, *d. loc. p.* 18. *seq.* et Gluck, *tit. de rer. permutat.* §. 1070. *p.* 127.
(5) Sequitur: *Explicitus est articulus ille do ut des.* Vid. de hac formula Otton. *in Papinian. Cap.* 12. §. 7. *p.* 413. et Trotz. *ad Hugon. de Prim. scrib. origin. p.* 283. Apud Hal. haec verba absunt. Vid. Geb. *h.*

§. 2.

At cum do, ut facias, etc.] Vid. ad hunc §. Noodt. *ad Tit. Pand. loc. cond.* V. §. *De operarum locatione* etc. (1).

Quod si tale factum est, etc. *condici ei potest*, etc.] Ergo non fit liber ipso jure. *L.* 7. *h. t. L.* 19. *de reb. cred.* Hic enim est locus poenitentiae. Vid. Merill. *Obs.* I. 29. (2).

Sed si dedi tibi servum, ut servum tuum manumitteres, et manumisisti, etc.] Noodt. *de Pact. et transact. Cap.* 9. ait, hic esse contractum nec nominatum *facio ut des*, adeoque et inde dari actionem praescriptis verbis. Sed cogitandum, an non in initio sit contractus innominatus *do ut facias*, et sic rem videtur concepisse Paulus. Datur vero hinc utrimque actio. Et vult ergo quoque agi de dolo, scil. cum is adest; aliter praescriptis verbis. Non satisfacit Huber. *Eun. Rom. p.* 720. *seq.* Nec rem extricat Charond. *Verisimil.* II. 7. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 780. *seq.*]

Si sciens dedi, de dolo in me dandam actionem Julianus scribit:] Quasi in hoc negotio stricto dolus aliter non vindicaretur. Cujac. *ad L.* 7. §. 2. *de pactis.* Huber. *loc.*

loc. modo cit. ad haec verba et §. 4. respondet, dubitatum, an alia actio competeret, idque sufficere. *L.* 7. §. 3. *de dol. mal.* Sed Paulus hic plane confidenter loquitur. Freher. *Parerg.* II, 30, [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 947.] ait, hic non esse vicinam contractus nominati speciem. Vid, D'Avezan. *de Contractib. Lib. Prior. Cap.* 10. [in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 24.] Franzk. *ad h. t.* non intelligit actionem de dolo, quae hoc nomine venit, sed *praescriptis verbis* ad dolum coërcendum. Quem non probo, nec placet Bus. *Subtil.* II. 4. *num.* 6. qui accipit de actione, qua revocatur caussa.

Si ignorans, in factum civilem.] Vid. ad *L.* 7. §. 2. *de pact.* D. Goth. *in not.* „ Imo Julianus scripsit in factum actionem *a Praetore* dandam, etc. Cujac, *ad d. L.* 7, monet, vocem *civilem* imperite hic a Triboniano adjici. etc. " (3). Concedit hoc Huber. *Eun. Rom. p.* 719. putans tamen, nihil a Triboniano peccatum.

(1) Et Jan. a Costa, *loc. supra cit. p.* 19. *seqq.* add. Gluck. *tit. loc. cond.* §. 1049. *p.* 328. *seq.*

(2) Add. B. Voorda, *in not. ad Prael. Jan. a Costa, p.* 21.

(3) Vocem *Civilem* a mala manu esse, putat quoque Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 74. §. 5. Vid. et Wissenbach. *Emblem. Tribonian. Cap.* 3. *p.* 45. qui etiam alios laudat: add. Vinn. *Sel. Quaest.* I. 45. *in fin.* et Labitt. *in Usu Indic. Cap.* 5. *p.* 23. in *Jurispr. restitut. Wieling. p.* 103. Sed dissentit Wieling. *in not. ad d. loc. Labitti*, et Wybo, *in Tribon. defens. Cap.* 3. *p.* 280. *seqq.*

§. 3.

Quodsi faciam, ut des, etc. *nulla erit civilis actio, etc.*] D. Goth. *in not.* „ *Vid. L.* 4. *Cod. de dol. mal.*" Sed actionem praescriptis verbis dedisse alios, liquet (1) ex *L.* 15. *L.* 22. *h. t. L.* 6. *Cod. de transaction.* §. 1. *Inst. de loc. cond.* Ant. Matth. *in Colleg. Pand. Disp.* 26. Thes.

Thes. 12. censet (2), ipsum Paulum hoc corrigere in §. *ult. h. l.* Sed frustra. Vid. *ibid.*

(1) Etiam ex contractu nec nominato *facio ut des* nasci *actionem praescriptis verbis*, si dolus non arguitur: alioquin locum esse *actioni de dolo*, perinde ut in praec. §. 2. quo cum §. 3. conjungendus, censet Noodt. *de Pact. et transact. Cap.* 9. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 5. Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. 2. add. Charond. *Verisimil. loc. supra cit.* Coras. *Miscellan.* II. 10. Ant. Govean. *Var. Lection.* II. 28. Grangian. *Paradox. Jur. Civ. Cap.* 67. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 649. *seq.* Vinn. *Sel. Quaest.* I. 46. Vid. et hac de re Bachov. *ad Treutl. Vol.* I. *Disp.* 30. *Thes.* 10. *p.* 1161. *seqq.* Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 18. Bockelman. *ad eund. tit.* §. 2. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 74. §. 6. *seq.* videtur negare, ex contractu nec nominato *facio ut des* actionem praescriptis verbis nasci. Negat etiam Gluck. *tit. de permutat.* §. 1069. *p.* 91. *seqq.*

(2) Etiam alii. Vid. Wissenbach. *loc. modo cit.*

§. 4.

Quamvis enim et impendia sequantur, etc.] Et impendia de suo praestet mandatarius contra regulam (1).

Possum enim tibi mandare, ut et custodiam mihi praestes,] Id est, rem custodias, ut in deposito.

Et non plus impendas in exigendo, etc.] Quum alias, quidquid recte impensum sit, possit repeti.

Et si eandem quantitatem impenderimus, etc.] Locum hunc corruptum esse, recte censet D. Goth. In Basilicis nihil praesidii. Vid. autem Cujac. *ad h. l.* et *ad Lib.* V. *Paul. Quaest. in expl. h. l.*

Sin autem alter fecit, etc.] *Aliter* Al. Frustra. Vid. Cujac. *dd. locc.* (2).

Quasi refundamus invicem impensas,] Quasi convenisset tacite de refundenda impensa.

Ne-

Neque enim de re tua tibi mando.] Ut impensa tua facias, nec repetas.

Quae actio similis erit mandati actioni:] D. Goth. *in not.* „*Contractus innominati assumunt naturam contractus nominati, cui assimilantur.*" add. Glosf. *h.* et Pinell. *ad rubr. Cod. de rescind. vend. Part.* II. *Cap.* 1. *num.* 17. — An ergo et bonae fidei est? Non puto: forte quod noluerint in negotiis his vagis Judicum potestatem nimis laxare, etsi videntur eadem posse peti ab initio, quae in bonae fidei judiciis, sed ita ut et Judici in specie injungantur, non ex clausula generali ex fide bona. Sed tamen an hoc non sequitur ex eo, quod sit utilis haec actio accommodata moninatis bonae fidei? (3).

(1) Add. Duirsema, *Conject. Jur. Civ.* II. 2. *p.* 170. *seqq.*

(2) Omnino legendum videri: *sin autem alter convenit, alter fecit, ut et hic* etc. notat Brencm. *h.* qui etiam alias lectiones recenset.

(3) Postremis his verbis igitur videtur priora quodammodo corrigere. add. Idem, *Thes. Controv. Dec.* 74. §. 8.

§. 5.

Et in proposita quaestione etc.] Scil. in *pr.* Legis: ut enim ad ejus decisionem perveniret, haec proposuit: et sic Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 18. et Cujac. *ad Paul. loc. cit.* quem vide.

L. VI.

Respondit, nullam esse venditionem: etc.] Vid. *L.* 6. §. 1. *de action. emt. vend.* Non obstat *L.* 4. *de Legat.* 1°. Aliud enim est nomen rei, aliud nomen contractus. add. Pinell. *ad rubr. Cod. de rescind. vend. Part.* II. *Cap.* 1. *num.* 12. (1).

(1) Pro *agendum est* in seqq. verbis Vulg. habet: *agendum esse.* Apud Hal. *est* abest, quod et Flor., sed re-

recentius, deletum. Vid. Brencm. *h.* — Ad fin. *L.* 7. vid. et Cujac. *ad Lib.* II. *Papinian Quaestion.*

L. VIII.

Si dominus servum etc.] Vid. Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 83. *Error.* 6. *seqq.* ubi saepe notatur Faber, nec male. (1).

Eo nomine civiliter agi posse,] *Praescriptis verbis* juxta Cujac. *ad h. l.* et *ad Lib.* XXVII. *Papinian. Quaestion. in expl. h. l.* Bachov. *Adv. Fab. d. Dec.* 83. *Error.* 9.

Tunc enim et datam aestimationem etc.] Sic et Basilic., adduntque: *εἶγε λαβὼν ἔτυχεν.* [Tom. II. p. 503.] Ergo nihil mutandum (2).

Si eam dominus elegisset,] Haec expungit Fab. *de Erroribus Pragm. Dec.* 83. *Error.* 7. refutatus a Bachov. *ibid.*

Verbis quoque stipulationis conclusum non fuisset,] Ut solebat. *L.* 13. *de quaestion.*

Nec videri nudum pactum intervenisse, etc.] Sic *L.* 15. *h. t.*

(1) Pro *cum furto argueretur* Hal. et Vulg. habent *furti*, et Flor. quoque *i* superscripta, licet *o* deleta non sit. Vid. Brencm. *h.* qui putat, recte dici *furto arguere.* Monet tamen Duker. *ibid.* Vossium, *de Construct. Cap.* 26. rejicere *damnari furto*, *arguere mendacio.*

(2) D. Goth. *in not.* mavult *pactam*, vel *dictam.*

L. IX.

Ob eam caussam accepto liberatus, etc.] Vid. Fab. *Cod.* VIII. 30. *Def.* 58.

Sed promissa (1) *praestabitur*,] Si id urget actor. Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 83. *Error.* 4. *num.* 7. suspectam habet manum Triboniani.

(1) Ἀρχαϊκῶς, Cujac. *ad Lib.* XI. *Papinian. Respon-sor. in expl. h. l.* Hal. et Vulg. habent: *praesta-buntur.*

L. X.

Partis tertiae *usumfructum* (1) *legavit:*] Sic *L.* 48. *de usur.*

(1) Hal. inserit *uxori.* Vulg. habet: *quis legavit uxori.* Vid. Brencm. *h.*

L. XI.

Quia actionum *non plenus numerus esset*, etc.] De *Praetoriis* accipit Cujacius, et Os. Aurel. *Dispunct.* 30. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 772.] (1).

Sed et eas actiones, quae Legibus proditae sunt, etc. *supplet Praetor in eo, quod Legi deëst:*] Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 3. *Inst. de action.*

Idque utilitas ejus Legis exigit.] Vid. D'Avezan. *de Contractib. Lib. Prior. Cap.* 10. *in fin. et Cap.* 11. [in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 25. *seq.*]

(1) De *nominatis*, Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 477. *seq.* ubi hanc Legem explicuit. — Ad seq. *L.* 12. vid. Noodt. *de Pact. et Transact. Cap.* XI. Vs. *Sed liquet* etc. add. notata superius ad *L.* 4. *de L. commissor.*

L. XIII.

§. 1.

Quia nemo societatem contrahendo rei suae dominus esse desinit.] In totum. (1).

(1) Add. Cujac. *ad h. l.* et *ad Lib.* XI. *Julian. Dige-stor. in expl. h.* §. Sequitur: *in factum putas actio-nem Julianus dandam, id est, praescriptis verbis.*

Τὰ *id est*, *praescriptis verbis* apud Hal. absunt. Vid. Geb. *h.*

L. XIV.

Idem Lib. XLI. *ad Sabinum.*] Ubi egit de *damno injuria dato.*

Nulla tenetur actione:] Ob jactum, sed quidem ob res servatas. Vid. *L.* 2. *ad L. Rhod. de jact.* Donell. *Comm. ad h. t. Cap. ult.* Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. ad L. Rhod. de jact. num.* 6. (1).

Sed, si sine caussa id fecisset, in factum:] *Civilem* intelligunt nonnulli, sive *utilem L. Aquiliae:* quod videtur probabile. *Praetoriam*, Merill. *Variant. ex Cujac.* I. 30. et Cujac. *ad L.* 7. §. 2. *de pact.*

Si dolo, de dolo tenetur.] Atqui *actio in factum* adest: nec probo Glossam, explicantem, tenetur non doli actione, sed ex dolo. Basilic. [*Tom.* II. *p.* 504.] τῇ περὶ δόλου ἀγωγῇ. Merill. *Variant. ex Cujac.* I. 30. locum intelligit sic, ut id egerit dejiciens, ut suas merces pluris venderet.

(1) Add. Noodt. *ad Tit. Pand. de L. Rhod. de jact.* Vs. *Quod ad formam* etc. et Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 1.

Criminali poena adversus eum servata.] Stylus indicat, haec non esse Ulpiani, sed vel Triboniani, vel Glossatoris.

§. 3.

Nam neque ex Lege XII. *Tabb.* de pastu pecoris, etc.] Quae competit, cum pecus in agrum alienum immissum est. Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 175.] (1).

Ne-

Neque de damni injuria (2) *agi posse:*] Alii dedere *actionem ad exhibendum. L. 9. §. 1. ad exhib.* Aliter Huber. *Eun. Rom. p.* 443.

(1) Sed vid. Cujac. et Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 15. §. 1. *not.* 2. *et* 4. in *Jurispr. Antejustin. p.* 252. Jac. Gothofredum tamen sequitur Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. tit. si quadr. paup. fec. dic.* §. 692. *p.* 275. *seq.*

(2) *Neque damni injuriae*, Hal. Vid. D. Goth. *in not.* atque ita omnino legendum, putat Brencm. *h.*, *Neque damni injuriae* habet quoque Cod. Pand. Erlang. Vid. Gluck. *d. loc. not.* 19. Flor. *neque de damni injuriae.*

L. XV.

Sed habet in se negotium aliquod (1)*:*] Sic *L.* 8. *h. t. L.* 7. §. 2. *de pact.*

Ergo civilis actio oriri potest, id est, praescriptis verbis.] *L.* 5. §. 2. *h. t.* ubi vide. Quod et fiet, si a datione res initium ceperit.

Nisi si quis et in hac specie *de dolo actionem* etc.] Ubi a facto res exordium capit. *L.* 5. §. 3. *h. t.* (2). Ulpianus hoc non definit, sed proponit tantum. Nec opus Triboniano adscribere cum Buf. *Subtil. Jur.* II. 4. *num. ult.* Noodt. *de Pact. et Transact. Cap.* 9. putat, Ulpianum hic non improbare sententiam Juliani, a Mauriciano notatam. Vid. *L.* 7. §. 2. *de pact.* Ego tamen non video, hic concedi actionem praescriptis verbis a Praetore petendam; sed oriri hinc, et illud de dolo tantum referri: et hic est casus *facio ut des*, de quo *L.* 5. §. 3. *h. t.*

(1) Ita Hal. Vid. Geb. *h.* Flor. *aliquid.* Praecedit: *nec videtur illicitum esse hoc, quod datur.* Turpiter tamen et injuste petitur, secundum Perrenon. *Animadv.* II. 13. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 644. Verba *non timet condictionem* ita accipienda esse, ac si scriptum esset: *non timere debet*, notat Reiz. *in Obs.*

Miscellan. Vol. X. *p.* 372. Pro *certum aliquid daretur* Hal. habet: *certi aliquid.* Vid. Brencm. *h.* qui mavult *certum aliquod*, quum Flor. litera *i* posterior in *aliquid* mutata sit in *o.*
(2) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 74. §. 6. Vid. et de hac Lege Gluck. *tit. de permutat.* §. 1069. *p.* 94. *seqq.*

L. XVI.

Quodsi post exemtionem cretae etc. *tum agam ad exhibendum*, etc.] D. Goth. *in not.* „ *Imo, nulla est alia, quam de dolo. L.* 34. *de dol. mal.*" Sed vide ad eam.

§. 1.

Et fructus tollerem:] Haec verba e Glossa esse, putat Freher. *Parerg.* II. 7. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 915.] Ego non. add. Bus. *Subtil. Jur.* II. 4. *num.* 6.

Sed erit de dolo.] Et hodie si ex donationis caussa id factum sit, condictio ex *L.* 35. *Cod. de donation.* Gloss. *h.* (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 74. §. 7.

L. XVII.

Ulpianus Lib. XXVIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. *commodat.*

Et Vivianus ait, etc.] Vid. *L.* 1. §. 1. *commodat.* (1).

Sed est tutius (2), etc.] Sic *L.* 19. *h. t.* Ergo non negat, agi posse *commodati* (3).

(1) Ad quam vid. notata.
(2) *Utilius*, Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(3) Add. Duirsema, *Conj. Jur. Civ.* II. 2. *p.* 183. *seqq.* ubi docet, non obstare *L.* 9. *de donation.*

§. 1.

Si quidem ego te venditor (1) *rogavi*, etc.] Vid. Paul. *Sent.* II. 4. §. *ult.*

Sed duntaxat consensimus, teneri te hactenus, etc.] D. Goth. *in not.* „*Imo, aestimatio praecise periculum ejus facit, qui accipit, L.* 1. *in fin. de aestimator.* (2)." Nodos nectit, non vero solvit Bachov. *ad Treutler. Vol.* I. *Disp.* 30. *Thes.* 2. *Lit. e. p.* 1146. *seq.* Sic post alios distinguit, an sit contracta venditio conditionalis, sive, ut DD. loquuntur, an aestimatio sit facta ob ipsam rem, ut tunc procedat definitio *L.* 1. §. 1. *de aestimator.* an vero tantum, ut sciret accipiens, quanti deberet vendere, quo modo saepe propolis res dantur vendendae, et in hoc casu procedere distinctionem hujus loci.

(1) *Venditorem*, Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* Etiam Cod. Erlang. Vid. Gluck. *tit. de aestimator.* §. 1065. *p.* 70. *not.* 67. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* legit *venditurum*.

(2) Vid. ad eam Legem.

§. 2. (1).

Et dolum et culpam mihi praestandam esse dico, propter utilitatem (2): periculum *non.*] Casum scil. Merill. *Obs.* VIII. 11.

(1) Junge *L.* 78. *de furtis.* Cujac. *ad Lib.* VIII. *Papinian. Quaestion. in expl. h.* §. Non tantum Vulg., teste Contio, sed etiam Hal. hic novam Legem ordiri, notat Brencm. *h.*

(2) Excidisse hic vocem *utriusque*, putat van de Water, *Obs. Jur. Rom.* III. 9. *p.* 303.

§. 5.

Si quis (1) *sponsionis caussa annulos acceperit*, etc.] Vid. Plin. *Histor. Natur.* XXXIII. 1. *S.* 6.

Plane si inhonesta *caussa sponsionis fuit*, etc.] Sic et Basilic. [*Tom.* II. *p.* 507.] ἀπρεπής.

(1) Taurell. *quiSponsionis.* — *Fugitivarium* in seq. *L.* 18. intelligi, qui servos fugitivos persequitur, et reducit, notat Scip. Gentil. *Origin. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1370. add. Cujac. *Obs.* V. 8. Interpp. *ad Flor.* III. 19. §. 7. *p.* 653. ed. Duker. Donat. *ad Liv.* XXX. 43. §. 11. *Tom.* IV. *p.* 502. ed. Drakenb. Brisson. *de V. S.* in voc.

L. XIX.

Tutius (1) *est*, etc.] Sic *L.* 17. *h. t.*

Quasi negotio quodam inter nos gesto proprii *contractus.*] Sic L. 27. *de pignorat. action.* (2). Cujac. *ad* §. 2. *Inst. de loc. conduct.*

(1) *Utilius*, Hal. Vid. D. Goth. *in not.*
(2) Ad quam vid. notata. add. de Retes. *Opusc.* II. 1. *Cap.* 1. §. 5. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 90. Non obstat *L.* 11. *pr. de reb. cred.* ubi vide.

§. 1.

Deinde placuerit inter nos, etc.] In continenti. *Deinde* omittunt Basilic.

Nam si intervenit, ex locato esse actionem.] Locata enim hic res, ut detur pignori, non factum: id enim tale non est, quod locari soleat. Facit huc *L.* 5. §. 2. *h. t.* Gloss. *h.*

L. XX. (1).

(1) De *Desultoribus* vid. D. Goth. *in not.* add. Brisson. *de V. S.* in voc. ibiq. Heinecc. De verbo *cucurreris* vid. Noordkerk. *Obs. Cap.* 1. *p.* 21.

§. 2.

Vascularius] Vid. Reines. *Inscript.* XI. 101. (1).

(1)

(1) Locum hunc citat quoque Heinecc. ad Brisson. *de V. S.* in voc.

L. XXI.

Idem Lib. II. *Disputationum.*] Junge *L.* 49. *fam. ercisc.*

L. XXII.

Si tibi polienda etc. *Quodsi neque gratis* etc.] Verba translata in §. 1. *Inst. de locat. conduct.*

In factum dandum esse judicium, etc.] Vid. *L.* 24. *h. t.* (1).

(1) Vid. et de hac Lege Gluck. *tit. de permutat.* §. 1069. *p.* 96. *seqq.* — In seq. *L.* 23. *secundum Tiberim* dici pro *juxta Tiberim*, notat Otto, *in Papinian. Cap.* 12. §. 6. *p.* 404. add. de hac Lege Cujac. *ad Lib.* VIII. *Papinian. Quaestion. in expl. L.* 17. §. 2. *h. t.* Verbo *respicere* non multum aliter usum esse Livium, XXVI. 32. observat Duker. *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. De locutione *agi actionem* vid. notata superius ad *L.* 4. *si ex noxal. causs. agat.* et ad *L.* 5. §. 1. *de reivindic.* Flor. in *actionem* literam *m* tribus punctis expunctam esse, testatur Brencm. *h.*

L. XXIV.

Vel vacuam *habuisset*,] Taurell. *vaQüam* (1).

Quare tutius esse, praescriptis verbis in factum actionem dari:] Vid. *L.* 22. *h. t.*

(1) Add. de hac Lege Cujac. *Tract.* VIII. *ad African.*

L. XXV.

Quorum neutro modo operae repeti possunt.] Nec potest repeti aestimatio: actum est enim, ut operae dentur, expresse. Vid. Gloss. *h.*

ADDENDA ET EMENDANDA.

Pag. 5. Lin. 38. Singeberi leg. Sengeberi
Pag. 13. Lin. 2. *p.* 122. edit. Lugd. Bat. *p.* 113.
Pag. 17. Lin. ult. Omninm leg. Omnium
Pag. 20. Lin. 37. *p.* 59. *seqq.* edit. Lugd. Bat. *p.* 56. *seqq.*
Pag. 34. not. 1. add. Bilderdyk. *Obs. et Emendat.* II. 7. *seqq.* *p.* 67. *seqq.* *et cap.* 40. *p.* 275.
Pag. 43. Lin. 8. monenti leg. momenti
Pag. 48. Lin. 20. *ioc.* leg. *loc.*
Pag. 60. Lin. 27. Wieiing. leg. Wieling.
Ibid. Lin. 33. examinaruut leg. examinarunt
Pag. 61. Lin. 8. uotat leg. notat
Ibid. §. 5. not. 2. Add. Vorstius, *ad Sulp. Sever. Hist. Sacr.* I. 8. §. 2. *p.* 14. *seq.* vocem *juramenti* aevi optimi vocabulum esse, vix credit: ait tamen ad analogiam linguae esse formatam. Vid. et Idem, *de Latin. merito susp. Cap.* 22. et Cellarius, *in Curis posteriorib.* et *ad Fabri Thes. in voc.* ubi, scribit: „Quod alibi Ulpianus et ceteri Veterum Jurisperitorum *jurisjurandi* vocabulo constantissime utuntur, venit in mentem dubitare, an forte Tribonianismus sit, quod in L. 34. §. 5. *de jurejur.* contra seculi illius consuetudinem verbum irrepsit." Non dissentit hactenus Pitiscus, *in Lexic. Latino-Belg.* in voc. vocem tamen probam esse contendit, auctoritate Ascon. Pedian. *in Orat. Cicer. pro C. Cornelio*, *p.* 128. edit. Lugd. Bat. 1644. et Sorani Medici.
Pag. 79. Lin. 3. Eqnidem leg. Equidem
Ibid. Lin. 4. redoleo leg. olfacio
Ibid. Lin. 20. ἡμνήστεια leg. ἡ μνηστεία
Pag. 87. Lin. 21. *p.* 221 *seqq.* edit. Lugd. Bat. *p.* 206. *seqq.* add. Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 430. *seq.*
Pag. 96. Lin. 8. *ad* dele.
Pag. 110. Lin. 9. L. LXV. leg. L. XLV.
Pag. 128. Lin. 15. *tgitur* leg. *igitur*
Pag. 136. Lin. ult. add. Gluck. etc. et von Savigny, *Das Recht des Besitzes*, *p.* 343.
Pag. 137. Lin. 1. *Quaestionem* leg. *Quaestionum*
Ibid. Lin. 15. *stichum* leg. *Stichum*

Pag.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Pag. 150. *L.* 18. *pr. not.* 1. vid. Jac. Voorda, etc. Add. cujus doctrinam latius confirmavit Bilderdyk. *Obs. et Emend.* II. 38. *p.* 235. *seqq.*

Pag. 157. Lin. 4. χρήσαιτο leg. χρῆσαι τὸ

Pag. 189. Lin. 15. Ἀντίχρηνιν leg. Ἀντίχρησιν

Pag. 218. *L.* 19. §. 3. *not.* 1. Probante etc. Etiam Bilderdyk. *Obs. et Emend.* II. 11. *p.* 108. *seq.* ubi de hoc §. egit.

Pag. 219. Lin. ult. *p.* 204. edit. Lugd. Bat. *p.* 188.

Pag. 221. Lin. 6. Greecos leg. Graecos

Ibid. Lin. 13. vei leg. vel

Pag. 227. Lin. antepen. ob leg. ab

Pag. 228. Lin. 12. sprevirint leg. spreverint

Pag. 277. Lin. 1. SESTUS leg. SEXTUS

Pag. 301. Lin. 4. τιμωρείσθαι leg. τιμωρεῖσθαι

Ibid. Lin. 5. ἐκδικείσθαι leg. ἐκδικεῖσθαι

Pag. 302. Lin. 23. *p.* 215. edit. Lugd. Bat. *p.* 199.

Ibid. not. 6. add. *Inutile* pro *noxio* saepius adhiberi, docet quoque Klotz. *Act. Litter. Vol.* V. *Part.* II. *p.* 144. *seq.* ubi de hoc loco agitur.

Pag. 309. Lin. 50. θεματα leg. θέματα

Pag. 343. Lin. 3. excedere leg. excidere

Pag. 355. Lin. 11. eam leg. ei

Pag. 360. Lin. 16. inplesset leg. implesset

Pag. 382. Lin. ult. add. et notata superius ad *L.* 5. §. 15. *de tribut. action.*

Pag. 384. Lin. 24. confusam leg. confusum

Pag. 398. Lin. ult. *unde mille* leg. *undemille*

Pag. 408. Lin. 18. (1) dele.

Pag. 422. Lin. 8. campaniae leg. Campaniae

Ibid. Lin. 9. capuae novae leg. Capuae Novae

Pag. 425. Lin. 6. *de* dele.

Pag. 434. Lin. 13. Puttman. *Miscellan.* etc. add. von Savigny, *Das Recht des Besitzes*, *p.* 210. *seq.*

Pag. 438. Lin. 18. varia leg. varie


Pag. 515. Lin. 29. *nocet* leg. *necet*

Pag. 519. *L.* 19. §. 1. *not.* 1. Add. B. van Laar, *Diss. de Romanor. Ponderib. et Mensur. p.* 61. *seqq.* Lugd. Batav. 1810.

Pag. 526. not. 1. add. Gluck. etc., quem etiam vid. de hac Lege, *ibid.* §. 1056. *p.* 464. *seq.*

Pag. 528. Lin. 25. quam leg. quem

Pag. 557. Lin. 13. moninatis leg. nominatis


ASHMOLEAN
OXFORD
MUSEUM

